fl. 1588 – 1605.
N. Ant. Mus. I. 711

Ed. 1610. 4to in Payne & Foss
Cat. 1845. £ 2.2.0.

Lexicographer – See Cat.
of Ital. Emblems.

1589.

EMBLEMATA MORALIA

D. D. IO. HOROZCII COVARVVIAS DE LEYVA,

EPISCOPI AGRIGENTINI.

MEMORIAE SANCTISS. D.D. DIDACI COVARVVIAS DE LEYVA, EPISCOPI SEGOBIENSIS, DEDICATA.

AGRIGENTI, M. DCI.

Superiorum Permiſſu.

10 x)

Soi de Dn Gregorio
Joseph Ruiz Ceballo
Pbro Cappn del Illmo. en
la Cathedral de Burgos
Año 1700

D. IOAN. HOROZCII COVARVVIAS DE LEYVA EPISCOPI Agrigentini.

EMBLEMATVM Moralium

LIBER PRIMVS.

Caput primum in quo quæ ſint Emblemata, ſignacula, inſignia, diuiſæ, Symbola, Pegmata, & Hieroglyphica declaratur.

QVEMADMODVM res omnes diuinam in ſe virtutem quæ in eis lucet, repreſentando nos ad vniuerſitatis authoris meditationē adducunt: idque non ſine magna animi voluptate. Sic & earundem rerũ pictura vi ſimilitudinis pariter & mentem

Picturæ excellētia

mentem ad ſuperiora contemplãda dirigit, ſimulque animum adeò reficit, vt interdum, quæ naturalia ſunt, non ita delectent, atq; ea, quæ artis æmulatione ad viuum expreſſa conſpiciuntur. Vnde hoc Picturæ munus excellentiſſimum deprehenditur, quòd res omnes ita exprimat, vt permanere faciat: atque hac de cauſa plurimi ſemper eſt habita, vt qua admirabiles ĩ orbe terrarum euentus conſeruati ſunt. Tales enim figuræ ſunt omnium communes literæ quę omni tempore & ab omnibus cognoſcuntur. Ex quo apparet, non ab re tales fuiſſe Egyptiorum literas, quales ad noſtra vſque tempora in pluribus noui orbis partibus in vſu fuerunt. Et quoniam ſolæ ex omnibus, quæ veritatem, ac virtutis iter docent, verè dicuntur literæ, has & ſacrarum titulo decorarunt. Ad quorum rationẽ inſtituta ſunt, quæ hoc in opere appellamus emblemata, quãuis multa illorũ, vt infra videbimus, Symbola, ſiue, vt in ſcriptura Sacra, ſignacula q̃ vulgo impreſæ, vocari ſolent.

Litera ſacra.

Signacula ſunt particularia.

Sunt

Sunt autem illa quæ ad ſingularem alicuius mentem referũtur, ſed ad communem vtilitatem reducta ad aliquid conſulendum quod cũctis prodeſſe poſſit, ſignacula eſſe deſinunt, & fiunt emblemata vt ex inferius dicendis apparebit. Sed & quæ inſignia vel diuiſæ nuncupantur, non nihil cum ſignaculis conueniunt, de quibus ad clariorem intelligentiam ſingulatim operæpretiũ eſt dicere.

Emblema quid.

Emblema, eſt pictura, quæ ſub vna, aut pluribus figuris aliquid ſignificat: nomenq; ab antiquo opere deductum eſt, ita dictũ quòd ex multis particulis verſicoloribus in textis cõſtructum fuerit, quale nũc eſt teſſelatum opus, quod Muſiuũ appellãt: ſiue ab authore quodam Gotho, qui hanc inſtaurauit artem ſiue quod verius crediderim (eſt.n. antiquum inuentũ cuius & Plinius meminit) ab inſtrumento & regula Amuſis dicta, nomen habuit quę in dolandis expoliendiſque lapidibus in vſu fuit, iuxta vetus adagium. Eſt autem funiculus extenſus quos

Plin. li. 36 c. 25.

multiplices in tali opere extendi necesse erat: & hinc nomen obtinuit. Dicitur & in ligneis, Emblema, quod Hispane Taracea à verbo Triçar, ex latino truncare nominatur. In argento, & auro tale opus Ataugia dicitur, quod latine interpretatur vermiculatum ad similitudinem picturæ, quæ in vermiculis quibusdam natura mirifice ludente conspicitur, cuius in Cāticis habetur mentio. In antiquis etiam crateribus moris erat ornamenta quædam apponere ad cultū, & voluptatem potus excogitata, quæ similiter dicebantur emblemata: quemadmodum ex Cicerone, & iurisconsulto Vlpiano constat. nomēque à verbo græco deriuatur, quod interserere, vel intarcire significat.

Hinc Musiuarij, de quibus in l. 1. de excus. artifi. lib. 10.

Cic. acti. 6 in Verrē. l. pediculis §. 1. D. de auro et argēto leg. cum alijs.

Signaculū quid.

Signaculum est, figura thematis alicuius siue propositi, & intenti, quod cùm eius rei sit finis, quæ mēte appræhenditur atq; imprimitur, impressa vulgari nomine nuncupatur. Fuitq; horum proprius, ac legitimus olim vsus in bello, & inde ad hastiludia translatus, nec non ad singu-

ſingularia certamina, quale eſt illud, quod hic referam, cuiuſdã nobiliſſimi viri Caſtulonenſis: qui ſub Rege Hẽrico III alterũ ex nobilioribus in monomachiã ꝓuocauit datis literis familiari ſuo: & inter alia hæc illi referẽda mãdauit. Ego ipſiꝰ nomine tibi aio, vt qui patroni mei vices iuxta literarũ fidẽ gero, quod prædictus dñs meus, propter iniuriæ offenſionem, quam à tuis verbis accepit, hoc ſignaculum appoſitũ dextero brachio elegit, Solem ſcilicet ex auro, & chalibe, & Lunam argenteam, & in ea titulũ. POR EL SOLO, quem propter te vnũ gerit in quadam orbita nigra, de qua illũ vt liberes, & ipſe hortatur, & ego ipſiꝰ nomine requiro. Quid verò in hoc ſignificatũ fuerit, nõ eſt qđ agatur ſi đ iniuria illata, & ſatisfactione in partium honorem non opus eſt agere. Satis autẽ erit hinc agnoſcere in huiuſmodi caſibus talia ſignacula in vſu fuiſſe, ſicut in militaribus expeditionibus quando nobiles, & principes ĩ exteras regiones militatum ibant, atq; in his animi

Prouocatio particularis ad ſingulare certamen.

Symboli vſus in duellis.

ſui valorem, & mentem proferebãt vetuſtatem in hoc ęmulantes, cuius non negligenda ſunt teſtimonia, de quibus, & infra, vbi de origine talium ſignaculorum agendum eſt.

Inſignia quid.

Inſignia, a Romanis ſigna nũcupata erant, quæcunq; in vexillis ſub varijs imaginibus geſtabant duces, fueruntq; primum, quidquid ad manum inuentum in altum in haſtæ cuſpide fixum erigebatur. Et tale fuit ex fœno faſciculus, qui deinde conſulto fuit in vſu, dictuſque eſt manipulus & qui illud ſequebãtur manipularij, erantque duæ centuriæ. Sunt qui dicunt in dubijs concertationibus his aduerſus hoſtes vſos, vt ſi in manus illorum deueniſſent, nihil, quo trophei nomine gloriarentur, appræhenderent.

Manipulus ex fœno.

Diuiſa qua.

Quę vero diuiſæ vulgo dicuntur, ſigna & ipſa ſunt, quibus geſtantes inter ſe diſcernuntur: qualia & olim legiões habuiſſe nouimus, vt cõſtat ex libro, cui Titulus notitia vtriuſque imperij à Theodoſio Imperatore ædito, ſic dicto, quòd quaſi ra-

tiociniũ (vt vocamus) regionum & officialium Imperij esset quo q; dẽ verbo eius tẽporis, Imperatores vt latæ ab eis leges ostendunt, vsi sunt. Et hinc ortum est, quòd cũ signa illa in militum scutis (vt ibi patet) impressa gestarẽtur, nunc etiã, & insignia nobilium, siue gentilicia stẽmatum in tota Europa vsurpata passim armorum scuta dicãtur. Quæ sub Frederico Aenobarbo, qui multa ex his concessit, cepta dicuntur & ab alijs Imperatoribus continuata. Vnde & Bartolus in tractatu de insignib', & armis a Carolo 4. Leonem binas caudas habentẽ sibi & posteris suis, honoris insignia, donatum refert.

l. 1. in medio C. de offic. præf. prætorio Afri. cum alijs.

In tractatu de insign. & armis.

Sed dubium non est & superioribus temporibus, hæc insignia multis, & præcipuè principalibus in vsu fuisse. Et quæ sub Theodosio signa erãt militũ in clypeis, nõ multũ vetusta creduntur. Notum est enim olim sibi quẽq; elegisse quã vellet in scuto imaginẽ gerere, iuxta id quod de Lacedæmone illo narratur qui sibi insigne delegit muscam

Ex Plutarcho, & alijs.

quapropter ignauiæ notatus, quodque ipsam fateretur: vnde nec pluris quam musca habédus esset. Ipse verò respódit, se potius in hoc ostēdere velle se ita inimicis accessurũ, vt & minimum signum illud agnoscerent. Alias etiam creditur datũ fuisse olim album scutũ militibus, vt in ipso attenderét depingēda esse ipsorum gesta, iuxta illud Virgilij de quodam milite, parmaque inglorius alba. Hæc, de quibus loquimur, insignia, vulgo dicta sunt diuisa: his enim distinguuntur tanquam diuisi ipsimet qui illa gestāt. Sic etiam & propriè vocantur velamina illa, quibus Hispani, & Galli inter se, tum colore tum positione dignoscuntur: sicut & ingestādis in capitibus pennis, quibus & hi, & aliarum nationum viri distinguere se inuicem solent. Atq; eadem ratione diuisa appellāda sunt illa signa, quæ singuli ad sui cognitionē peculiariter sibi vendicant.

Scutũ album olim datum.
Virgilius Aen. 2.
Velamina

Symbola.

Symbola etiam dicuntur signa, sunt tamen illa, quæ velut furtiuis literis, & tacita expositione aliquid signi-

ſignificant, qualia in bello ſunt illa quæ à Latinis Teſſeræ dicuntur, & his vtebantur, vt quid facturus eſſet exercitus tacitè denotaret: ſuntq; vt Onoſander ait, maximè neceſſaria. Vt ſemel agnita communis linguæ vſum præberent his, qui ex diuerſis regionibus conuenire in exercitu ſolent: & ſimul, vt ſi hoſtis vicinus fortè adfuerit, quæcunq; iubētur, agnoſcat, ſi timpanorū aut, tubarum ſonitu aliquid imperatur: quod reliquis in locis, vbi hoſtis in conſpectu non fuerit, fieri conſueuit. Eadem etiam ratione dicebatur Symbolum quod excubitoribus in bello præfectus aſſignat, & quodcunque aliud ſignū, quod exigitur, vt qui ſunt proprij, ab alienis in prelio diſcernantur. Hincq; ortū eſt, vt Sanctorum Apoſtolorū quod ſummā in ſe fidei profeſſionem cōtinet, proprie admodum Symbolū vocetur, qđ ipsū Catholicos ab infidelibus diſcernat. Pythagoræ ſententiæ, qđ obſcuræ ſint, & ſub figuris, & ſimilitudinibus doceāt, dictæ sūt Symbola. Nec diſſimili ratione emble

Onoſāder de Optimo Imperatore.

Nomen a Duce militib⁹ datum

Symbolū fidei.

emblemata,siue insignia,quòd sub figuris sententias,ac ingeniosos cõceptus contineant, Symbola iure dicuntur.

Pegma quid.

Pegma aliud est nomen Emblematum ad illorum similitudinem quæ sic olim dicebantur. Erat autẽ repræsentatio quædam per mutas imagines super quadrangularẽ ligneam machinam, populo exhibita, ex cuius medio velut affixis tumentibus in margine figuris, simile surgebat quadratum, a quo & tertium,& deinde quartum:donec in modũ turris appareret:de quibus Martialis dixit. Et surgunt media pegmata celsa via. Horum exẽplũ patet in inverso numismatũ aliquorum,in memoriam assentationum quæ iu his deferebantur principibus,necnõ & obsequij. Erant enim splendida,& quodvere dicitur,sumptuosa. Huiusmodi autem repræsentationis per solas imagines frequens olim fuit vsus,nec solũ in his pegmatibus, verum etiam & in ijs quæ Orcheſtræ vocãtur a verbo græco quod saltare significat. Fiebant autem

Martialis.

Orcheſtræ

autem hæc ſolum motibus, & præcipuè manuũ, quas loquaciſſimas Caſſiodorus appellat, linguoſos digitos, ſilentium clamoſum, expoſitionem tacitam. Quam quidẽ artem Polyhimniam muſam excogitaſſe ſibi videtur, vt omnibus cõſtaret etiam ſine voce poſſe homines inter ſe agere, & mentis conceptus exponere. Quod quidẽ, vt ab alijs refertur, contigit his, qui deſerta quædam Scotiæ habitant, & muti naſcũtur nec vſum vocis recipiũt, & ſeſe nutibus intelligunt.

Caſſidor' quomodo vocet Orcheſtras.

Hieroglyphicũ eſt aliud nomen emblemati, & inſignibus maximè omnium accommodum, quod veterum illas literas æmuletur, quæ ab Aegyptijs ſculpturæ Sacræ dictæ ſunt: quarum authorem fuiſſe Mercurium Trimegiſtum opinantur. Cuius doctrina, & aliorum, qui ante ipſum ſapientes fuerunt habiti, refertas eſſe colũnas dicitur, quas, & ſacras dixerunt, & Plato inquiſiuit: vnde ſibi plurimum acquiſierit vt fama eſt. Strabo illum cum Eudoxo illuc profectũ ſcribit, ac tredecim

Hyeroglyphica.

Strabo li. 17.

decim annis cum Aegyptijs Sacerdotibus conuersatum.

Tertullianus lib. de spectaculis.

Tertullianus Chaldeas has literas appellat, & meritò: cum a Chaldeis acceperint, sicut illi a veteribus Hebreis, quibus vera & literarum omnium & scientiarum inuentio referenda est. Qui ab ipso Deo eiusq; Prophetis edocti & figuris & rerum similitudinibus mirabiliter vti scierunt, quibus sacram scripturam videmus esse refertam. Ex quibus constat quanta sit antiquitatis maiestas in his, quæ emblemata, signa, vel Symbola dicimus: quæ verius Hieroglyphica, & Sacræ sũt literæ: vnde & plurimi habẽda sunt & curandũ, vt ea serio meditemur.

Caput 2. De primo totius mũdi insigni & Hieroglyphicis quibusdam, quæ in sacra scriptura repe riuntur.

PRIMVM totius mundi insigne, cælestem arcum quem Iridem vocamus, picturam quidem diuinam, & admirabilem dicere

re possumus: quam solares radij ex varia nubium interpositione, in aerea regione cõstituũt. Est autem signũ à Deò electum, vt pacem, & veniam suis ostenderet, quam per vnigenitum filium suum exalta-tum in nubibus, & in Cruce admo-dum arcus extensum, concessurus erat. Sicut enim arcus iste cælestis certum est serenitatis signum sic & Christus in hunc modum extensus non modo pacis signum, sed & ip-samet pax futurus erat, & sic allo-quens æternum Patrem in Dauidis carmine ait. Posuisti vt arcum æreũ brachia mea.

Gen. 9. Arcum meũ, ponam in nubibus.

Ps. 17.

Et si hoc æterni Patris insigne verissime confitemur, filij sui vni-geniti illud fuisse considerare pote rimus, quod magno Prophetæ, atq; Dei electo Sãcto, & Glorioso Moy si demonstratum fuit, quando ar-dentẽ rubum, & incombustum vi-dit. In quo plane figurabatur diui-nã naturã humanitati nostræ abs-que diminutione copulandã, ita vt Deus diuinitatem non deponeret nec homo ab humanitate desisteret,

Exod. 3.

cum in assumpta carne verbũ Dei & verus Deus, & verus sit homo. Et quoniam huius propositi finis vel angelicam cogitationem latebat, opus fuit, vt ab eodem authore in alia mirabili figura, & Symbolo pateret cunctis, quando per Moysem æneum serpentem in Cruce exaltari iussit in deserto, significans plane quòd quemadmodum serpens ille non verus, qui venenũ in se minime habebat, sed formam tantum serpentis exaltatus in Cruce futurus erat salus, & vnicum remedium perituris a vera serpente percussis ita & Christ⁹ in Cruce exaltatus forma inuentus vt peccator, sed absq; peccato, futurus erat vnica salus percussis a Dæmone, & eius lethali veneno, quod est peccatum. Et in hac & præcedenti figura arcum aeneum se constituit Christus, vt meditemur qualia pro nobis pertulit ac si ferreus fuisset, & nõ ex eisdẽ nostris carne, & sanguine compactus. In quo etiam vere figmentũ nostrum ipse cognouit, ac talia pro nobis tulit, quæ non tantum huma

Nume. 21 & Ioan. 3

Gen. 9.

no corpori maiora & terribiliora erant, ſed æreum etiam corpus cõtundere poterant, & diſſipare. Hãc igitur immanis ſupplicij tolerantiam, perpetuamque pro nobis interceſſionem in Cruce extenſa demonſtrant brachia ſic fortia, prout neceſſe erat, vt exaltatus a terra omnia traheret ad ſeipſum. Et quoniam ipſemet queritur, quòd ſupra dorſum eius fabricaturi eſſent peccatores, adeò eſſe valida oportebat qualia in metalli duritie ſignificantur. Colũba verò inter igneas diſpertitaſq; linguas quæ ſuper Apoſtolos inſedit, de qua in Actis, clarũ nobis in mirabili illa figura Spiritus Sancti inſigne manifeſtauit, ipſiuſque præſentiam, & aſſiſtentiam in aue hac iam prius in Iordane æterno Patre teſtimonium perhibente demonſtrauerat.

Pſ.100. *Io.13.* *Pſ.128.* *Actorũ 2.* *Marci 1.* *Luc.3.* *Io.1.*

Quamuis autem ſatis hoc erat vt ſimiles nobilium ingeniorũ ad inuentiones quanti ſint habẽdæ cognoſcamus: operepretiũ tamẽ erit perpendere, quam frequẽter in diuinis literis hæ mirabiles figuræ occurrant

currant: quarum nonnullæ verissima sunt symbola, & Hieroglyphica visui obiecta, aliæ verò in doctrinæ similitudinem latent, sed & aliæ in ipsis historijs inuētæ argumentū præstant & maxime prophetarum visionibus. Et quidem præcæteris imprimis offertur columba illa oliuæ ramum in ore gerens ad arcam Noe, quæ admirabile pacis & tranquillitatis Symbolum in se ferebat. Salis statua, in quam vxor Loth est conuersa, inobadiētiæ pœnam ostendit, & exemplum, vt alij sapiant, quod in sale denotatur. Iacobi Scalæ Dei & hominis communicationem, in sui filij incarnatione significant. Aries inter vepres hærens cornibus innocentiam figurat a nequitia incusatam. Gedeonis vellus cælesti rore madens Christi humanitatē donis cælestibus abūdantem mostrauit. In Leone autē illo iam mortuo, cuius in ore fauus repertus est mellis, simulq; adiuncto themate, De comedēte exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, quid vltra excogitari potuit

Gen.8. *Gen.29.* *Ib.38.* *Ib.22.* *Iudicum. 14.*

dexte-

dexterius ad insinuandam Dei benignitatem, & largitatem in cęlesti conuiuio corporis & sanguinis sui, quod fidelibus præparauit. Ignis vulpium caudis alligatus hæreticorum damna, & nocumenta præ oculis posuit. Sacræ arcæ structura, nec non & tabernaculi, ac deinde templi, in quibus varia, & mira conspiciebantur hieroglyphica, notissima erant signa eorum, quæ in nouo tẽplo, cuius illud fuit exemplar, facturus erat Deus, omniaque significabant, & prænuntiabant mysteria, quæ sub Euangelica luce reuelãda erant. Sic æneum illud mare, decẽ boum ceruicibus innixum, beneficium publicabat, quod Deus per duodecim Apostolorum prædicationem, & Baptismum collaturus erat Mundo. Candelabrum septẽ lampadibus in medio templi ardẽs Spiritus Sancti præsentiam in ecclesia eiusdem donis locupletata demonstrabat. Apparebat etiã in Propositionis mensa, illa, quã Christus suis fidelibus præparauit in cœlesti Sacratissimi corporis sui conuiuio.

Iud.15.
Ex.25.& 26.
3.Re.16.
Ex.40.
Ex.25.& 37.

uiuio. Sed & prædictæ iam arcæ exterior, & interior ornatus, simul cũ coronatione tot, & tanta mysteria in se continebat, vt illis explicãdis sacri interpretes integros expleuerint libros. Neque his vacabãt mysterijs Sacerdotales vestes, de quibus & ipsimet sancti locuti sunt: & nos prætermittemus, vt de Symbolis agamus, quæ ex doctrina Sacra eliciuntur. In qua scientiarum omnium veritas reperitur, & rerũ omnium, quæ vsquam edoceri possũt, maximè quæ ad naturalem & moralem Philosophiam pertinẽt, quã in se splendidè, & copiosè amplexa est. Huc igitur referenda est aspidis similitudo, quæ aures occludendo surdescit, ne incantantis verba percipiat. Aquila iuuentutẽ renouans, & pullos ad volandũ prouocans: Gallina fœtus sub alas cõgregans: Lilium spinis vallatũ, cum reliquis ex Canticorum libris, mirabilia sunt Symbola. Inter q̃ illud annotauit Origenes, quod de aceruo tritici vallato Lilijs dicitur, ad significãdum ornatum, quem pro-

Symbola Sacra.

Ps. 47.

Ps. 102.
Mat. 23.
Cant. 2. et 3.

fanæ

sanæ literæ præstant, si rectè afferã-tur, & sacræ scripturæ inseruiant. Sunt & huius generis innumeræ figuræ expẽdendo apud Leuiticum immundorum animalium proprietatem, & rationem, quare arceantur: de quo ibi Sacri Doctores. Plurima etiam in sapientiæ libris ad hanc rem se nobis offerunt, vbi inter cætera insigne est, quòd fatuæ mulieris pulchritudo aureo circulo suis naribus insito comparatur.

Pro.11.

Tertium verò Hieroglyphicorũ genus, quod ab historijs, vel Prophetarum visionibus desumi dicebatur, latissimè patet: cùm tot sint in historijs euentus varij, qui præcipuè ad Sacra Emblemata accommodari possint. Tale est Abrahami sacrificium, propter obœdientiam. Isaac enim filius lignorum fascem humeris suis impositum deferens liberorum in parentes obsequium designat. atque idem velato capiti vibrante parente gladio, quantùm omnes Deo parere debeamus, ostendit. Prophetarum figuræ sunt & ipsæ planè Hieroglyphica, quale

Gen.22

Hierem.1 est illud virgæ vigilantis: vnde iuniores Aegyptij suum de sceptro, & imposito oculo exceperunt. Nec parùm elegantiæ, & venustatis habent ad docendum, quæ ex Apocalypsi desumi possunt: qualе illud *Apoc. 17.* est de meretrice bestiæ septicipiti insidente, cum reliquis similibus. Sed iam, vt ad vlteriora deueniamus, neque amplius immoremur: quæcunque dicta sunt, licet exigua prodesse nobis possunt ad agnoscẽdum Dei, erga nos singulare beneficium, multifariam, multisque modis docentis nos. Quicquid enim humanũ ingenium assequi potuit, cœlesti veritati acceptum tribuat, necesse est: nec dubitare vllus poterit, quanuis Aegyptus primum, ac deinde arrogans Græcia non modo artium, & sciẽtiarum omnium exercitium, sed earundem inuentum, veráq; cognitionem vendicanda sibi profiteantur.

Cap.

Cap.3. de Symbolis à Catholica Ecclesia in suis sacris picturis vsu continuo receptis, & de Beatæ Virginis insigni, & de origine benedictionis cæræ, quam sub agni Dei titulo, et figura veneramur.

HVNC docendi modum per figuras, & similitudines suis in picturis Catholica cõtinuauit Ecclesia: quale illud de quatuor Euangelistarum signis, iuxta ea, quæ ab Ezechiele Propheta visa fuerant. Obseruatũ & alios sanctos est suis quẽque Martyrij insignibus exornari. Antiqua etiam, & venerabili traditione constat, Sacratissimæ Angelorum Reginæ lilij signum in peculiare Symbolum fuisse attributum, Sic picturæ omnes & quæ in fabricis ad honorem Sanctissimæ Virginis erectis eliguntur insignia, clarissimè demonstrant. Cuius ratio euidens est, cùm Beatissimæ Virginis puritatem lilij candori, nitoriq; sacra scriptura comparauerit. Hispa-

Ezech.1.

Symbolũ Beatæ Virginis.

Cant.2.

nè dicitur açuçena: quod apud latinos lilium album, ad purpurei differentiam appellatur. Locari autē solet in hydria liliorum manipulus ad clarius explicandam illorũ præstantiam. Siquidem in his mirabilibus floribus innata virtus inspicitur: quòd ex radicibus suis euulsi crescunt, & expanduntur pulchritudinem ostendentes suam, suauiterque odorem effundentes, ac si nũquam decerpti fuissent. Idcirco integrum, de quo agimus, insigne est hydria, quam exurgentia lilia coronant. Hoc sui militaris ordinis signum, in honorem Beatæ Virginis, elegit clarissimus infans Ferdinandus iã Aragoniæ Rex, qui propter morum integritatē honesti cognomen obtinuit. Hæc autem militia ob hydriæ nomen à terra dicta fuit terraça. His ita expositis, circa ea, quæ ad sacra insignia pertinent, vt satis iam factũ crederemus, ad huberiorem nostri instituti tractatũ, subuenit, vt de antiqua ceræ benedictione agamus: in qua immaculati illius agni figura conspicitur, qui

Lilium albũ, de quo Pli. lib. 21. c. 5. et alij.

Princeps Ferdinandus.

Militia terracea.

in

in ara Crucis immolatus peccata Mundi abstulit. Cumque ista plurimi semper habita fuerit in Ecclesia Dei, de origine, & de antiquo illius vsu, & significatu tractare oportet.

Antiquus Agni Dei usus.

Adeo vetusta est huiusmodi ceræ benedictio, vt sub Diuo Gregorio Pontifice in vsu fuerit: multisq; annis & ante illum fuisse videatur ex ijs, quæ in rationali Gulielmus scribit dicens in huius benedictionem olim à Diuo Gregorio adiunctum esse. Et quoad originē, Onuphrius Panuin. in sua ecclesiastica putat introductum in antiquæ cõsuetudinis memoriam: quòd ad fidem conuersi duobus tantum diebus designatis baptizarentur. Eisdem enim diebus & Agni benedicunrur, atque, vt aiunt, baptizātur. Immergunt enim has cereas formas in aqua benedicta, & oleo Sāčto sacrata: in qua etiam benedictione ijdem per Baptismum renouati repræsentantur, & idcirco decantatur. Pater sancte, isti sūt agni nouelli. Hisque additur ab eodem

Onuphri. Panuin.

Durādus in Rationali lib. 6. cap. 79.

 authore

authore datam antiquitus baptiza tis ceream formam orbicularem in qua agni figura fuiſſet impreſſa, in triumphi,& nobilitatis ſignum, ad Romani moris imitationem in ijs, quæ bullæ dicebantur. Quod autẽ Patritiorum filij huiuſmodi bullis in triumphis vterentur, ex Macrobio in Saturnalibus, & alijs eſt notiſſimum. Meminit huius rei Chryſoſtomus in quadam homilia, vbi de aurea Armilla agit: quòd fortaſſis eo tempore forma fuerit immutata: quemadmodum, & apud nos in ijs, quæ vulgò dicebantur patenæ, à ſimilitudine,& forma patinæ: & ex antiquis bullis originẽ habuiſſe videntur. Et licèt nobis de cõſuetudine tali ſimiles elargiendi formulas nuper baptizatis nõ ſatis cõ ſtat: facilè admitterem, ſi de hac re conuenientior nobis ratio redderetur. Vnde ego crediderim has ſacras formulas in Sãctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum, & memoriam inſtitutas fuiſſe, cum figura agni immaculati: qui primũ in Cruce oblatus eſt, & cotidie in altaris ſacrifi-

Macrob. lib. 1. c. 1.

D. Chryſ. hom. 1. epiſto. ad Philippenſes.

cio

cio immolatur. Et hoc ab ipsis nascentis ecclesiæ primordijs: cùm circa ministerium altaris noua quædam sanctissimè decreta sunt: ne, vt olim, pro sanctitate fidelium, atq; etiam temporis necessitate, tanta haberetur fiducia, vt permitteretur consecratas formas domi recõditas haberi. Vt ex Tertulliano, Diuo Hieronymo, constat, cum alijs, de quibus in alio nostræ facultatis libro: vbi de varijs communionis sanctæ cæremonijs, & ritibus tractamus. Quibus maximè conuenit, quod ex antiquis patribus satis cõstat, S. Episcopis morem fuisse Sanctissimum Christi Corpus pyxide inclusum secum gestare, ob sui muneris administrationem, atq; inter varia discrimina protectionem. Oportuisse autem sic fieri intelligitur, vt in nullo deficeret in ecclesia sacramentum hoc: quod vsque in finem Mundi permanebit, iuxta promissionem Christi dicentis, vobiscum ero vsq; ad consummationem seculi. Satis autem cõstat tũc temporis nullum ab insidijs tutum fuisse

Tertul. de Corona militis, & li. ad uxorẽ, D. Hiero. aduersus Iouin.

Simile & hac tempestate uisũ est apud Reginam Scotiæ.

Matth. vltimo.

fuiſſe locũ fidelibus:nec liberè in ijs initijs potuiſſe baſilicas fabricare, in quib' Sacratiſſimũ Corpus Chriſti tutò reponeretur. Vnde peculiariter de quodã sãcto refertur Sacramẽti vaſculũ in ſublimi Eccleſiæ cuiuſdã parietis parte ſub decenti, & neceſſaria cuſtodia cõdidiſſe. Cũq; igitur eo in tẽpore frequens fuerit, diuinum hoc pignus ad manus haberi, ac deferri ab Epiſcopis: & ne id amplius liceret, inſtitueretur, oportuit aliquid ſubſtitui, quod in memoriam, & venerationẽ ipſiuſmet Sacramenti Sanctiſſimi obſeruaretur. Atq; hoc crediderim fuiſſe hanc benedictam ceram: quę iuxta Summi Pontificis preces annuat Deus proficiat, & opẽ ferat in multis, quæ ſemper manifeſta fuerunt; vt antiqui verſus nos edocẽt, & alij recentiores authores, præter id, qđ ſingulis experientia demõſtrat. Et quia de his amplius agendũ nõ eſt nobis, addendum videtur ex antiqua illa conſuetudine, qua Præſules Sacratiſſimam Euchariſtiam ſecũ geſtaſſe retulimus, ortũ habuit, quòd

Vetuſti verſus Balſamus, & munda cera, &c. Ab Vrbano V. ſunt conditi: recentiores autẽ, quorum initium, Candida cera Dei, ab Iano Vitale.

Lib. Cæremon. 1. ſec. 12. c. 1.

quòd Summus Põtifex solenni ritu deambulans, vel iter agens eãdem præ se ferendam cõsueuerit. Quòd si in memoriam tam immẽsi beneficij ecclesiarum Prælatis, dispẽsatoribus suis, à Deo collati, huius modi sacræ formæ sunt introductę, iure ab illis singulari obseruatione venerandæ sunt, & gerendæ. Quod maximè placuit semper Episcopo, & patruo meo, Don Didaco de Co uaruuias, & Leyua: à quo etiam au diui illud Episcoporum esse aureũ vellus. De cuius æstimatione, & reuerentia in Apostolico regesto inuenitur, Leonem III. vnam ex his formam ad Carolum Magnũ Imperatorem misisse, & deinde Vrbanũ V. tres ad Imperatorem Constantinopolitanum, cum prædictis antiquis versibus. Tantaq; fuit horũ Principum pietas, vt, quemadmodum memoriæ proditũ est, ad accipiendum hoc munus, solenni comitatu cleri, & populi vsque ad vrbis portas processerint. Sed nunc consequens erit agere de insignibus, quæ falsis Gentilium Dijs ascripta sunt

Aureum Episcoporũ uellus est Agnus Dei.

sunt. Quorum tātus fuit numerus, vt Varrone teste, ad triginta milia peruenerint: quorú selectiores sua quisque insignia habuere, iam inde à sui cultus, & erroris principio attributa. In quo eorum etiam, quæ tractantur, antiquitaté licet agnoscere. Et quoniam expedit nosse, quæ fuerint hæc insignia, quæque ipsorum origo, eo, quòd frequēs argumētú, vnde Emblemata, & signa desumantur, sint, sedulò de his agēdum duximus, à Saturno Deorum antiquissimo exordium capientes.

Triginta milia Deorum apud Varron.

Cap. 4. De Insignibus, quæ gentes olim suis falsis Dijs, Saturno, Ioui. Marti, Mercurio, Neptunno, & Plutoni tribuerunt.

APOLLODORVS libro de Deorú origine Cœlum primú omnium Múdo præfuisse testatur, ac Saturni patrem: cui Græcia à tempore nomen dedit, quod sub Saturni figura agnoscebant. Vnde conueniens

Apollodorus in Bibliotheca, siue de origine Deorum lib. 1.

niens erat, Cœli filius diceretur, cuius motu & mensurari, & cognosci cœpit. Alas, quibus velocissimè volat, pro insignibus assignarunt prisci, simul & falcem in manu apposuerunt, qua resecat idē, quod produxerat: Vnde illum proprios deuorare filios caussati sunt. Hāc ergo alati temporis effigiem, falcem altera manu gestantis, atque altera lampadem ardentem, in quodam nostro Emblemate introduximus, ad ostendendum, quòd tempus reuelet omnia.

Iupiter.

Iupiter Saturni filius peculiare sibi insigne fulmen delegit, idque tricuspe, ob triplex illorum genus. Et quia potentissimum, quod rutilum est, Ioui tribuitur: clarum, Mineruæ, & obscurum Vulcano: quæ duo nullam inferunt noxam. Huius fulminis Symbolo vsi sunt antiqui ad extollendam suorum principū potētiam. Et quia in aliquibus eorum dignissimus clementiæ respectus habebatur, ad hanc significandam in numismatum auersa parte fulmen super aram Deorum iacēs collo-

Vetus numisma.

collocarunt. Ex quo & nos ſpiritua le, ac pium excuſſimus Emblema: necnon & alterum morale iugo, & ſagitta ſociatum, ad Principis officium, iuxta fulminis proprietaté, explicandum: quod planè eſt, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Macrob. li. 1. Saturna. ca. 17.

Apollo eſt Sol, cui quandoq; in manibus lyrã appoſuerunt, ad oſtẽdendam voluptatem, quæ ab illius benigna temperie percipitur. Et quia pro loco, & tempore ſuam nobis iram oſtẽdens radios immittit ignitos, adeò vt talem cõtingat calorem cauſſari, qui verè lethalis dicitur: arcus, & ſagitta ſimiliter attributa ſunt illi, quibus Pithoné perniciofiſſimum ſerpentem abſtulit. Qui, iuxta nomen, corruptio erat paludis cuiuſdam peſtifera, & Solis ardore deuicta, & exiccata virus, & vires amiſit.

Higinius in fab. ca. 150.

Mars belli Deus.

Martis bellorum Dei inſignia, propria ipſius arma radiantia fuere, quæ ignem ſpirabant: cuius & galea in criſta fulminis effigiẽ præſeferebat. Clypeus illius ſanguineo colo-

colore tinctus erat: sed præcipuum insigne erat hasta, præcipuum inter arma apud omnes antiquum telum. Quam & olim veneratam fuisse fertur: ac deinde Diuorum imagines in cuspide gestari solitas. Quod ego ex diuerso accidisse crediderim. Nam Aegyptijs Deorum suorum effigies portasse in hastis moris fuit: quibus sublatis ipsasmet hastas venerari facile fuit. Cumq; posthæc hasta daretur in principatus signum, atque omni tempore gestaretur, factũ est vt inter proceres Romanorum nobilius signum esset, & ab eadẽ quiris, antiquitus dicta, Quirites ipsi sunt nominati, & Quirinus Romulus: quòd semper illam præ manibus haberet. A quo fuit introductum, vt qui aliquem Inimicorum occidisset, hastam gerendã semper in manibus haberet in præmium vt Seruius in Virg. lib. 6. Aen. annotauit. Vbi Anchises posteritatẽ suam futuram narrabat, à iuuene illo exordiens, qui hasta pura nitebatur. Atque eam donari in præmium, & hono-

Hastas olim veneratas.

Ouidius in Fastis.

Virgil. 6 Aen.

honorem, in diuturno fuit vſu: & inter militaria munera puræ haſtæ, numerantur à Plinio, quod etiam apud multas veterum inſcriptiones videre licet. Ab eadem haſta, qua pro inſigni Mars ornabatur, dictus eſt Quirinus: cui templum Romani intra mœnia ædificarunt, & alterum extra mœnia ſub Gradiui appellatione. Illum enim domi pacificum volebant, ſolamque haſtã, quaſi ſceptrum gerentem: foris autem audacem, & fortem, qualem cum cæteris armis depingebant: & à verbo gradior, Gradiuum appellarunt: quòd furore actus graderetur ſemper, nec quieſceret.

Pli.li.7.c.28.

Gradiuus à gradiendo.

Mercurius artium Deus, iuxta Gallorum opinionem, quem ſingulari ſtudio, vt Cæſar in commentarijs ſcripſit, colebant, Caduceũ habuit inſigne: hoc eſt virgam, qua ſerpentes inuicem decertantes diremit. Quod quidem diſcretionẽ ſignificat, angues autẽ inuoluti prudentiam. Pennatus galerus agilem deſignat, & officiũ, quo vt Deorum internuntius, fungebatur. Semper

Mercuri⁹ Cæſar in commẽtarÿs.

enim

enim habitus fuit viatoribus necesſarius: apud nos ab vmbra nomen deſumpſit.

Ex quib' intelligitur, quare Prælatis pro inſigni datus ſit, nempè vt Apoſtolorum, & Prædicatorū munia exercerent, ad aſſiduam viſitationis peregrinationem parati. Eademq; de cauſſa data ſunt illis curta ſuper pallia, quæ verè peregrinorum gauſapinæ ſunt. Dicitur etiā Mercurius Deorum, & hominum internuncius: eo quòd ſapientia diuina nobis commercia communicet. Ipſius autem effigiem comitabatur gallus, quòd mercaturę Deus exiſtimaretur, ad quam in primis vigilantia deſideratur.

Pontificū Pyleus

Sapientia quanti ſit.

Neptunnus æquoris Deus tridētis poſſedit inſignia. Cuius euidentior (vt mihi videtur) ratio eſt, propter veterum harpagonum formā, quibus piſcatores ſe tuendo, marinas belluas ſuperabant: quanuis à Philoſtrati ſententia non diſſentimus, quòd tres illius teli cuſpides tres mediterranei maris ſinus ſignificarent. Sed alijs placet ob tres

Neptunnus.

Philoſtratus in vita Apolloniȷ.

aquarum differẽtias: fontanæ, quæ dulcis eſt: marinæ, quæ ſalſa: ſtagnãtis etiam, quæ neque amara eſt, neque ſuauis. Nonnulli triplicẽ aquæ vim conſiderant, excitandi, & leniendi vndas, & in his tranquillam ſerenitatem conſeruandi. Cicero de Na. De. Chriſippi ſententiam ſecutus Neptunnum aërem eſſe dicit qui in freti viſceribus mugit, & euoluitur: eundemque Dei ſpiritũ eſſe, qui omnem ingreſſus aquarum molem ipſas à corruptione præſeruat. Quod autem ad hiſtoriam facit Theſſalum nonnulli fuiſſe ſcribunt, & nauticam Athenienſes docuiſſe. Equitandi verò ars eidem à quibuſdam tribuitur, quòd naues equi per ſimilitudinem dicantur.

Cic. de Natu. Deo.

Vide Lib. 2. Embl. 1.

Plutonem infernarum ſpecuum deſignatum Ducem ſua etiam inſignia habuiſſe ſatis conſtat per ea, quæ Claudianus cecinit deſcribens currum, & equos raptę Proſerpinę, quorum vnum, cui nomen Aluſtor, Plutonis inſignibus candenti quodam ferro notatum ſcribit. Autumare autem poſſumus illa clauem

Claud. de raptu Proſerp.

fuiſſe,

fuisse, vel claues, ex eo, quòd Pausanias referat data hæc illi insignia ob inferos ingredientium custodiã quibus reuocãdi gradus nulla iam erat facultas. Atque idem paulò superiùs dixerat antiquam cuiusdã mensæ picturam describens: ideoq; Plutonem Hesiodus hostiariũ vocat. Possumus, & huius insignis rationem affirmare: quòd idẽ sit, qui à Græcis Dis nũcupatur: & est diuitiarum Deus. Quæ cùm in terræ venis reconditæ sint, & velut abicõditæ serio ipsas obserasse videtur, sed clauẽ manu gestãs demonstrat suæ potestatis esse illas ad libitum distribuere. Et quoniam sæpius indignis erogantur, & merentibus subtrahuntur, cæcus iste Luciano pingebatur. Aliqui etiam Plutonẽ Solem esse credentes cum corona, & sceptro illum licèt obscurè signabant. iuxta ea, quæ Martianus Capella scribit, & ex Porphyrio Eusebius interpretatur. Estque aduertẽdum longam Solis absentiam a nobis in hoc demonstrari, quasi Mundus inter ipsum, & Plutonem diui-

Pausanias lib. 5.

Hesiod. in Theogonia

Lucianus in Timo.

Martian. Capella de nuptijs Philologiæ.

Euseb. de præparatione Euãgelica.

res altera manu in Orgijs Bacchi ſuus fuerit. Nec mirũ Soli diuitiarum dominium tributum fuiſſe, cuius mirabili virtute pretioſiſſimæ metallorum venæ fœcundantur.

Cap. 5. De inſignibus Bacchi, Aeſculapij, Herculis, Caſtoris, et Pollucis, necnon et Panis Paſtorũ Dei.

BACCHVS liber etiam pater appellatus inter alia, quæ plura habuit nomina iuxta Ouidij carmen, & quæ inter græca epigrammata alphabetico ordine excepta referuntur, thyrſum eſt principale inſigne conſecutus: quem Macrobius haſtam pampinis obtectã fuiſſe deſcribit, vt vini vires potus ſapore, & dulcedine coopertas ſignificaret. Quemadmodum ob eãdem cauſſam & pateras pampinula, & alijs herbis coronare ſolebant. Haſta verò ex fragili fiebat ferula: vt conſtaret omnibus hanc vini potẽtiam moderatione ſuperandã. Hos thyrſos à caulium herbarũ ſimilitudine, qui thyrſi nominantur mulieres

Oui. lib. 10 Metam.
Macrob. lib. 1. Saturn. c. 19.
Thyrſi qui.

res

ferebant, altera incensam lampadem, ad explicandam latiùs fortitudinem vini. Quòd autem Macrobius de hasta dicit, pampinis velatam intelligimus: cuius extremitas hedera operiebatur ad similitudinem coronæ, quam ex eadem hedera & Bacchus, & eius Sacerdotes gestabant. Et hoc propter huius herbæ cum vino affinitaté, cuius odor, nedum succus inebriat. Musica etiã instrumenta eidem Baccho tributa clarissimum est fallsam hilaritaté denotare, quam præ oculis offert. Atheneus tripodé Baccho assignat quasi oraculi vicem gerenti: quòd veritatem aperiat. Et quia in Apollinis templis responsurus Sacerdos tripodi insidebat, vti de Phœbade illa narratur, in prouerbium mansit, A tripode loqui, quando vera manifestantur.

Atheneus li.2. Dimnoso c.2.

Aesculapius Deus salutis habit', quòd cùm medicus esset celeberrimus, in Deorum numerum relatus est, & Apollinis creditus est filius: Epidaurius etiam ab Achaiæ vrbe, vbi nobilissimo téplo colebatur,

Aesculapius.

dictus est. Habuit pro insignibus serpentem: atque id, vt Plinius testatur, propter multa medicaměta que in serpěte ad depellědos morbos reperiūtur: in ijs maximè, quos tyros vocant: qui orbi toti ingens beneficium contulerunt in ea, quæ ab ipsis tyriaca dicitur, à Nicandro poëta græco suis carminibus descripta. Sed alii referunt ad sanitatem, quam serpens consequitur, quādo vetustatem deponit, nam & sic Medici, vt Phornutus dicebat, homines renouant, quando illos à morbis eripiunt. Macrobius hoc Aesculapij insigne acutissimo eius animalis visui refert: quòd in ægris curandis oculatissimū oporteat esse medicum. Quapropter vt simul etiam vigilantia commendaretur, noctua eidem dedicata fuit: vt inferiùs dicetur. Cœterum præter has rationes planè crediderim ortū habuisse à salute, quam in deserto Mosis tempore serpenté illū æneū adorādo cōsequebantur à serpētibus morsi. Quod cùm p traditionē Aegyptijs, & alijs innotesceret, consequens fuit

Pli. li. 29. c. 4.

Phornut' de Natura Deorū.

Macrob. li. 1. Saturna. c. 20.

Num. 21.

fuit, vt illa met serpens salutis signũ haberetur. Et non leui argumento comprobatur hoc ipsum numisma tum aliquorum inuersis, in quibus serpens super apertissimam Crucẽ depingitur. Nec enim solũ est baculus infirmorum, vt Eusebius interpretatur. Aesculapium in anguẽ fuisse conuersum, qualem Valerius Romam perlatum enarrat, non dubium aliquando creditum. Simulque vulgaris opinionis fuit, in dracones conuerti, quicunq; præclaris virtutibus, dum viuerent, immortalitatem meruerunt. Atque hac ratione moriturus Heraclides, vt Laërtius scribit, serpentem abdidit secum ex jis, quæ in aquis generantur, & securè tractantur, vt ad rogũ deprahensam defuncti manes esse crederent, & ipse inter diuos ascriberetur. Hæc autem opinio, quam homines procul dubio suis adinuẽtionibus adiuuerunt, recepta olim apud gentes, vt verissima fuit, iuxta illa, quæ Plutarchus in Cleomene scribit dicens, cùm sibi necem intulisset, suspendique esset iussus: vi-

Antiqua numismata.

Euseb. de præparatione euangelica.

Laertius de Heraclide.

Plutar. in Cleomene.

sus est à custodibus serpens corpus amplectens, & à morsibus auiũ defendere: vnde inter Heroës annumeratus fuit. Hinc ergo licet intelligas, cur Virgilius dignum historia crediderit, visum esse serpentem ex Anchisæ tumulo prodire. Atq; hoc sæpius euenire, vt in antiquis sepulcris appareant, caussam Plutarchus loco iam dicto assignat: quòd quẽadmodum ex bubulis cadaueribus apes procreantur, ex equinis ignaui fuci, ex asininis infestissimæ muscæ asili: sic ex humanis, præsertim è medulla serpentes gigni soleant. Rubertus Abbas in Genesim ait, Pythagoræ doctrinam hanc fuisse. Quòd si dignum est fide, decuit, vt ab homine mortuo serpens nasceretur, à quo & eidem homini mors est deuoluta.

Vir. Aen. 5.

Plutarch' ubi supra.

†

Rupertus Abbas in Gen. c. 17.

Hercules.

Herculis insignia fuerunt claua, & Leonina pellis Rationem Diodorus assignat, quòd antiquitus hæc arma solũ in vsu fuerint. Quod verum est, sed per Leonis exuuias, vires animi, & fortitudo: & per clauam solida ipsa virtus significatur.

Est-

Eſtque animaduerſione dignum, quòd cum olim Dei ad Thebarum defenſionem Herculem armis accingerent, Apollo arcum, & ſagittas tribuit: Mercurius gladiũ, Minerua ſcutum. Deerat illi claua: hanc Apollodorus ſcribit relictã, vt eam ſuis manibus elaboraret. In quò planè oſtenditur, virtutẽ eſſe veram, & propriam nobilitatẽ, nõ quæ aliunde hæreditario iure proueniat, (quanuis & hæc nobilitas ſit:) Sed iſta decentior eſt, quam cuique plurimi facere neceſſe eſt. Fuit ergo, iuxta prædicta, peculiare Herculis inſigne, claua ex oleaſtro in Sylua Nemæa fabrefacta: qua ingentem illum Leonem proſtrauit, & eius ſpolijs ſuos induit humeros. Capiti autem eius, populea corona dicata fuit: quòd populus folia habeat varijs coloribus diſtincta. Subtus enim alba ſunt, ſuperne furua, fumi colorem habentia. Vnde ortum eſt figmentum illud: quod Hercules hac arbore, q̃ primùm alba erat vtrinque, redimitus ad inferos penetrarit: & a fumo cùm

Apollod. li. 2. de origi. Deorũ.

Pauſanias lib. 2.

Corona populea.

cùm redijsset, exteriorem foliorũ partem colorem mutasse:ramoq; à capite auulso, & ad ripas Acherontis in Epiro, vbi frequens est, plantato, initium habuisse hanc arboris speciem. Quòd si huius rei significatum requiras, nõ aliud est, quàm virtutis formam describi: quæ interius, & in rei veritate candida est, quamuis exterius obscura, & mœsta videatur. Quòd si veteres per hanc arborem tempus etiam significarunt, ratio est, quod albis, nigrisq; folijs clari dies, & atræ figurantur noctes: & præter ea, quòd in solstitio, teste Plinio, folia huius arboris inuertantur.

Olimpianicus de Plãtis. Herodotus, & alij.

Plin. lib. 16.c.23.

Castor, & Pollux, Germani fratres, Iouis, & Ledæ filij, suam quisque stellam pro insignibus habebant. Vnde Apuleius de Paridis iudicio loquens Iunonem à Castore, & Polluce deductam introducit: eosque ait in cassidum conis singulas stellas gestare: quod & antiqua numismata confirmant. Et quoniã in quibusdam vni tantùm vtraque stella ponitur, intelligendũ id fieri

Castor, & Pollux.

pro-

propter vnanimem ipsorum concordiam, & antiquum commentũ, quòd alteri mortuo alter viuus vicissim vitam impertiret, sumpta occasione à duabus stellis, quæ in sidere illis tributo, & inde Geminorum dicto apparent: quarum altera lucente altera latere videtur. Ex qua apparentiæ vicissitudine eosdẽ esse vulgò arbitrabantur lumen illud, quod in nauium malis aliquando videtur, ex humiditate, & aduerso lumine prouenìens. Eamque ob rem in quadam veteri statua Corinthi Neptunno dicata eosdẽ Tyndaridas sitos Pausanias scribit. Et quoniam de istorũ insignibus egimus, decet & Symbolum eorum in medium adducere. Est enim pluribus notum sub figura ouorum fuisse olim demonstratos, & præter fabulam, quæ de Ioue circunfertur, quãdo Ledæ amore captus in cycnum est transformatus, & gemina oua sunt edita, vnde illi prodiere, similitudo ipsa, quæ inter geminos esse solet, & vnanimis dicta concordia, effecit, vt dicerentur oua. Nihil

Aratus in Phenomenis Higini⁹ in fab. & alij.

Apollod. lib. 3. de orig. Deo.

Prouerbiũ, de quo Cic. qq Acad. lib. 2.

Tertul. lib. de spectac.

Virgil. in Geor Oui. & alÿ.

Macro. in Som. Scip. et Phornutus de Na. Deo.

hil enim inter se similius est iuxta prouerbium. Et quia concordia vitam auget, prorogat, & ad optatũ finem perducit, in cacumine pyramidũ, quæ in circorũ metis ponebantur, hæc ipsa oua in ouorũ fratrum venerationem, & memoriam apponi solitum fuit: idq; Tertullianus de spectaculis docuit.

Pan Deus Pastorũ, summo apud Arcades in honore habitus musicã septem tibiarum instrumentũ pro insignibus obtinuit, propter inuẽtum huiusmodi: quando (vt in fabulis est) virginem deperibat quæ in arundinem conuersa fuit: & in ipsius honorem fistulam condidisse: & ex auena, quæ gracilis est, aut cicutæ calamis cera compactis septẽ dicitur vocum differentias inuenisse, quæ numerosam, & suauem redderet harmoniam. Huius autẽ insignis veritas cum reliquis in sua varia, & deformi imagine, vniuersi figurã, iuxta ipsius nomen designat. Cumque omnia in hac ingẽti Mũdi machina mirabiliter fuerint instituta, & ordinata: atq; in se quandam

dam contineāt debitam numerorum proportionem, & harmoniā, nihil ſimilius, aut commodius adaptari potuit prædicto inſtrumēto. Nam cùm res ſit inanimis, humano alitu ſpirituque viuit, ſuum melos, ac ſuauitatem pręſeferendo. Cuius inſtar vniuerſitas hæc tota Dei manibus condita, & fabricata veram nobis muſicen, & harmoniā oſtendit quæ ad cæleſtia nos excitat, & inuitat.

Euſeb. lib. 3. de præpa. Euan.

Cap. 6 De Amoris Dei inſigni, de Canopo & fluuiorum ſignis.

ACCEDIT tandem amorum Deus, quē dicunt in lucta Panē viciſſe. Res enim vniuerſæ Amori parent, qui omnia vincit. Quòd ſiqua rerū cęleſtiū veritas illis obtigiſſet, q ſimilia finxere, procul dubio veri Dei recordarentur: qui reuera à ſummo amore deuictus eſt, vt & opere demōſtrauit: verùm id prius ſub figura in illa celebri cū magno

Theocritus & alij.

Patriar-

Patriarcha Angeli sui lucta Domini personam agentis. Quam historiam, cùm reliquis, quæ in quinque Mosis libris continētur, notum est illos legisse, & plures illorum in suas fabulosas narrationes inuertisse. Et inter cætera, quæ illos lux aliqua veritatis edocuit, fuit discrimen illud, & differentiā inter amorē bonum, quem Plato cœlestem appellat, & vulgarem malum, quē improborum vitium, & licentia Deum sibi constituit: cùm re vera vanitas sit, & amentia. Atque ille solus in hac ratione dicitur, & est verus amor à summa Dei bonitate exortus, in omnem què Mundi creaturam diffusus. Vnde illæ inter se cōiunctæ, & vnitæ mirabilem continent consonantiam, atque symmetriam. Idq; adeò verum est, vt si in his, quæ inferiora sunt alteratione & mutationem videmus, quæ contrarietatem, & repugnantiam, & quandam inter se æmulationē præ seferunt, re vera totum id amicitia est, & concordia: quamuis sit vel ipsa ignis combustio, in qua manifestius

Gen. 32.

Quicquid est, amicitia ē, & cōuenientia.

ſtius apparet vis amoris, dũ ſe alijs communicat, & omnia in ſe cõuertit, etiam velut inter fratres, & admodum familiares accidit, nihil habere diuiſum, aut proprium, ita vt ſæpius inter ſe veſtes illorum commutentur, ſic & res omnes, quæ immutari poſſunt, propter innatam amicitiam adinuicem mutantur, atque aliæ aliarum formas induũt: ita vt in commutatione, & contactu illo quoddam velut oſculo, & libatione præſeferãt amicitiæ, atq; concordiæ ſignum. Quòd ſi hæc in ſublunari, & infima noſtra regione accidere videmus, quid nõ de cœleſti illa ſphæra cõgitandũ? In qua tanta eſt conuenientia, & conſenſus, ut nũquam in re vlla diſcrepẽt, ne momento quidem à ſuo mirabili motu ceſſando. Quæ omnia ab eximia, & potenti amoris vi procedunt. Cùm enim Cœli omnes in ſe, & in partibus ſuis nil aliud, quã Cœlum ſit, in tanta paritatis, & ſimilitudinis forma, dum ſe ipſam quælibet cœlorum pars inſequitur, neceſſe eſt omnes, & ſimul moueri,

Plato in Sympoſio, ſiue de amore.

Ex Marſ. in Plat. deſumptum: deq; naturali inclinatione intelligimus non quòd animã cœlo tribuamus.

iuxta

iuxta æqualitatem ipsarum, atque ita in perpetuo motu suo cœlum se ipso fruitur. Et quidem amor in se quoad vim, & potentiam, nõ discernitur, ita vt à bono prauus, & inordinatus minimè differat: imò potius propter imbecillitatẽ, & morũ perditionem plus furuo illi, quàm decens erat attribuatur. Amoris autem signa sunt arcus, & sagittæ, tam cognita omnibus arma, quàm antiqua, nunquam enim, nisi cum materia desinit. Quapropter mundanus amor, cùm ad mutabile, & periturum subiectum tẽdat, necesse est, vt mutetur, & deficiat. Ille autem verus, qui ad ea, quæ perpetua sunt, dirigitur, mutari, aut minui à se vel ex obiecto non valeret, nisi & illum huius vitæ libertas immutaret.

De sagitta ĩ dextera, & lãpade in sinistra cũ alijs insignibus optimè scripsit. Alex. Aprod. li. 1. proble. c. 606.

Canopus Deus Aegyptiorũ.

Canopus fuit quidam alius Aegyptiorum Deus deformis figuræ. Erant enim illi, velut hydropico, tumidus vẽter, & crura tenuia: mũdi fortasse rotunditatem, & machinam figurando. Et quoniam in aliquibus simulacris suis quasdã ve-

lut

lut flãmulas in capite gestare videtur ad similitudinem ornamenti in galeis, simulq; & ramusculos quosdam palmæ arboris: operæ pretiũ erit eius historiam referre, & huius rei caussam assignare, iuxta illud, quod Rufinus in ecclesiastica historia scribit: hoc præmisso, ꝙ à Chaldeis ignis colebatur, vt ex authoribus satis constat. Et sunt, qui asserant illum Genesis locũ, vbi Deus Abraham locutus ait: Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorũ, Non solùm de huius nominis vrbe intelligi, sub cuius appellatione tota eorum regio, & dominium comprehenduntur: sed præcipuè, quòd à Chaldæorum igne illum eripuerit, Vr, enim ignẽ significat: & hinc apud Latinos vrere. Nec.n. exiguũ fuit beneficium, quod Deus Abraham, & eius familiæ contulit, eos à Deorum cultu liberando, scelere quidem satis viscoso, & contagiosa lue. Quòd autem illum Chaldæi voluerint in flammas proijcere, quòd ignem non adoraret (vt quorundã est sententia) potuit quidem esse,

Ruf. in historia Ecclesiastica lib. 11. ca. 26.

Gen. 15.

Apud Hebræos Vr, est ignis, hinc vrere latinis.

quanuis ex ſcriptura nō appareat. Cùm igitur Chaldęorū Deus, ignis haberetur, per varias orbis regiones ignem ſuum circumferebant, vt cum omnium nationum Dijs cō tenderet: vt quis eorum maior eſſet, experirentur, & quacunq; præterirent, cæteros Deos euerterēt. Lignea enim ignis abſumebat; aurea, & argentea, aut ex metallo aliquo alio facta eliquabat, & lapidea in calcem diſſoluebat. Cùm verò ad locum, vbi Canopus colebatur, perueniſſent, eius Sacerdotes exterriti ſunt: & certamen illud inire coacti callidum prius excogitarūt conſilium, vt Canopus Deū Chaldæorum ſuſciperet. Iſque hoc modo erat, (vt diximus) ipſorum Deus ventroſus: & eo loci quædā hydriæ in vſu erant foraminibus perfluentes ad aquam purgandam, & defæcandam. Vnamq; ex illis accōmodarunt apertioribus foraminibus: ijſque cera obturatis inſuper Dei ſimulacrum adaptarunt tali indumento, vt igni aliquantulum reſiſteret. Cumque iam Chaldæi inito certamine

Deorum certamen.

Canopus victor.

Vaſa fictilia diffluẽtia.

tamine victoriam acclamare cœperunt, ignis ceram diſſoluit: & protinus aqua defluēte ignis ſuperatus, & extinctus eſt.

Amnium. inſignia.

Supereſt modò, vt de amniū inſignibus loquamur. Suū enim & ipſi inter ſacra obtinuerunt ab his, qui pericula in ipſis euadere deſiderabant. Vnde apud eoſdem ortū eſt crines fluminibus offerre, iuxta illud Homeri, apud quem Achilles Sperchio flumini comas obtulit: & eadem ratione in naufragijs capillos deponere moris erat, vt alibi plenius probamus.

Homerus in Iliade.

Eorundem fluminum ſimulacra cum vrna ſub brachio aquā effundēte, & cornibus capiti affixis effingebantur, ſimul cum corona arundinea, propter frequentiam arundinum, quibus fluminum ripę coronari videntur. Erant autem illis cornua taurina multis de cauſſis, primùm propter impetus fortitudinē, & ærumnoſam vim fluminum, quādo inundantia poluūt. Deinde propter eorundē curſum varias in partes deductum, quò inſtar cornuum

Cornua fluminib⁹ appingebant.

deducuntur: necnon ob vndarum sonitum, quibus mugire videntur. Et eadem ratione iam ab antiquis receptum fuit flumina per tauros significari, vt de Acheloo amne pa tet: quem fabulæ finxere taurum fuisse ferocissimum, plurimumque damni intulisse, donec eo ab Her cule deuicto, & altero ex cornibus euulso, ingentes prodierunt diuitiæ, quemadmodum, & de Capræ Amaltheæ cornu similiter fabulan tur. Sed re vera magnam fluminis partem detorsit, qua & arua irriga ta fertiliora reddita sunt, & amnis auulso cornu plurimum sui furoris amisit. Alia id genus pari ratione narrantur. Vnde intelligemus, cur Romani in Salmanticæ ponte tauri figuram statuerint: vt & alibi, propter fluuios, scilicet in eorundem honorem. Et simul constabit, qua ratione Gn. Pompeij victoriæ in Hispania memoriã Romani sub eadem taurorum effigie celebrare voluerint in his, qui hodie tauri vo cantur de Guisando. Et hi quidem nobiliores Hispaniæ fluuios, & ab eis

Achelous Strabo li. 9. Geographiæ.

Taurus in Ponte Salmanticæ.

Tauri Guisandi.

eis magis cognitos significabant: quos sibi propitios optabant, eo quòd in bellis plurimum ad victoriam, aut internecionem valeant: & simili sculptura notis adscriptis decorarunt.

Cap. 7. De Gentium Deabus, earũque insignibus; vbi Tellus, Diana, Iuno, Pallas, Venus, & Isis memorantur.

COMPLVRES apud gentes fuerunt Deæ quibus diuinos honores tribuere, & q̃s varijs insignibus decorarunt: & in primis de Tellure agendum erit, iam omnium parente. Fuit ergo Tellus, sub diuersarũ vocum appellatione culta, ob diuersas sui considerationes. Sic terra, à terendo quòd animalium pedibus teratur: Ceres cùm fruges ꝓferat: & Proserpina, quòd minimè mõstretur, suis reclusa ĩ antris. Nomen aũt, quo præcipuè colebatur, erat Magna parens, quòd Deũ ma-

Tellus habita Dea.

Ceres, Proserpina.

Magna parens.

ter crederetur. Atque id verè, in his falsis Gentilium Dijs, ad quos fabricandos, lapides, ligna, & metalla quærebant: & hæc omnia producit terra. Et hæc ipsa Cybele nominabatur: cuius insigne erat turrita corona, ad significanda ædificia: quasque illi simul spicas appingebant, ad designandam fructuũ hubertatem, planè erat. Sed timpanũ ventos in terræ visceribus inclusos denotabat. Qua in re satis apparet quomodo vna in figura simul voluerint repræsentare eas, quæ Cybele, vel Deorum mater, Ceres, & Proserpina dicebantur. Idẽ enim, vt diximus, hæc significant. Cybelæ etiam pinea nux pro insigni tributa est: quod ea pinus ob proceritatem dicata sit. In quo etiam terræ fertilitas demonstratur. Et hoc signum in quodam Octauiani Augusti numismate videmus.

Pinus Cereris insigne.

Diana.

Dianam Lunam esse nulli dubiũ est: cui arcus, & subinde pharetra tributa sunt ad cornua eiusdem significanda. Cumque adeò velocitate præstet ob cursum, & varias

ſui mutationes, venationis Dea exiſtimata eſt. Et hac de cauſſa moloſſum, & venabulum illi pro inſignibus dederunt: vt in quodam Poſthumij numiſmate cernitur: ſed in alio Hoſtilij ceruum apposuerũt. Eſt illi præterea inſigne ardẽs lampas, iuxta ea, quæ Cicero deſcribit de Diana illa à Verre in Sicilia ſublata. Et licet aliæ aſſignentur rationes, ob id factum opinor, quòd ipſa præſideat nocti, vt in diuinis ſcripturis dicitur. Et quemadmodum abſentiam Solis ignis ſplẽdore reparamus: ſic Luna ipſa videtur fax in cœlo accenſa, vt in tenebris luceat, & omnem illuminet terram.

Antiqua numiſmata.

Cicer. in Ver.

Gen. 1.

Iuno, & ſoror, & coniux Iouis Pauonem ſibi elegit, & ex lilijs albis coronam: quæ cum antea fuiſſent purpurea, ipſius lacte candidũ colorem induerunt. De pauone quidam Poëta dixit, quòd laudatas oſtendat opes: & quod hac ratione, tanquam Deæ diuitiarum, tributus Iunoni ſit hic ales, incertum eſt. Sed verius illud, quòd oculatã

Iuno, & Soror, & Coniux, Seneca.

caudã pauo gerat ostentans centũ antiqui Argi lumina, qui in hanc auem, vt fabulantur, cõuersus fuit. quod Iuno dicatur Lucina, quasi Dea Lucis, quibus oculi delectantur. Quòd autem huius alitis oculi Iunoni sint sacri, caussa est ipsam verè esse aërem, in quo Solis lumẽ, & splendorem diffundi videmus, tanquam conuenientissimo ob sui raritatem, subiecto. Infantes etiã recèns nati, vt qui edebantur in lucem, sub Iunonis esse tutela credebantur: & eam iccirco parturiẽtes inuocabant, Et prętereа notum est Lunam sua humiditate partus iuuare. Erat etiam ipsius insigne flagrũ in manu, vt in Lucilij numismate conspicimus: eo quòd eius Sacerdotes quibusdam diebus festis per semitas excurrebãt hos, & illos flagellis cædentes: & mulieres infœcundæ manus eis percutiendas exponebant religionis affectu, vt inde sibi remedium obtinerent. Vocabatur quoque Iuno Sospita: cuius capitis ornamentum erat caprina simul cum carnibus frons, vt in

Vide Emblema. 49. lib. 3.

Lucina luna est, Cic. 2. de Nat. Deo.

Iuno Sospita.

in Licinij, Vari, & Lucilij Aemilij. Regul., & aliorum numiſmatū auerſis videre licet. Et ratio (vt mea fert opinio) non alia eſt, niſi ob partuum educationem: ad quam neceſſaria eſt lactis hubertas, quæ illi tributa eſt: ſi vt retulimus, & Lilia turgentia illius hubera rigare potuerunt. Quòd ſi lactentibus nutricum lac deficiat, quaſi Diua curante, capella frequens ſufficitur. Et ſic ab infantibus à periculo liberatis, qui latinè ſoſpites dicuntur, Soſpitam, Iunonem dixerunt, & prædicto capitis ornamento decorarunt.

Numiſmata Licinij, Vari, L. Aemilij

Denominationis ratio.

Pallas, quæ & Minerua, caſſidē ornatam pro ſigno gerit. Eſt enim adeò fortis ſapientia, vt mille illi vires conferri poſſent. Caſſidi verò Lauream imponebant, propter honorem illi debitum, & palmā, quā ſemper obtinet. Et quemadmodū in quodam Domitiani numiſmate apparet, noctuam eidem tribuere, propter oculos: cùm ab Homero paſſim Minerua à glaucis celebretur oculis: vt ſignificaret, quam ſit ocu-

Pallas vel Minerua.

oculata, & circũspecta ſemper animi prudentia. Erat Athenis, quod & in prouerbium ceſſit, copioſa huiuſmodi volucrum fœcunditas. Vnde Minerua vrbem illam, vt ſuam, plurimi feciſſe dicitur: ꝙ illic ſingulari cura coleretur, atque in eius honorem ædificata inde quoq; nomen habuerit. Hæc igitur auis, cũ eſſet Deæ ſacra, & occidi prohibita, numeroſo creſcebat fœtu.

Athenæ urbs Mineruæ.

Veneris inſignia victoria erat, quam interdum ſub paruulo ſigno manibus gerebat, interdũ verò numeris: vt in quodam Iulij Cæſaris numiſmate cernitur. Ratio autem eſt notiſſima, cùm huius fallacis Deæ potentia vulgò pateat, quam dicunt è mari eductã, vel propter eius ſpumam, vel propter ſalis proprietatem. Tres etiam Veneres fuiſſe ſcribunt; ſed quæ apud Cyprios colebatur, principale nomen obtinuit.

Venus.

Iulij Cæſaris numiſma.

Iſis Serapidis vxor, de qua tot fabulati ſunt Aegyptij, legum inuentionem, & ſementis, cùm reliquis illis à Diodoro in Epitaphio relatis,

Iſis.

Diodo. Siculus lib 1

tis, illi tribuentes, sistrum musicum instrumentum pro insignibus habuit: quod æreis orbiculis persoinabat, quale vulgò est in vsu. Sed illud in sphere modum factū, vt nōnulli ferunt, mira curiositate Calcagninus ait, varijs figuris distinguebatur. Quidque in hoc significaretur, perspicuum est: nempe quòd Mundi illi moderatio propter prudentiam, & perspicaciam conueniret, inuentis præsertim legibus, & alijs, quibus & ipsa gloriatur in prædicto Diodori loco. Inuenitur inter vetera numismata quoddā argenteum, in quo Isis altera manu Sistrum, altera pateram fructibus plenam tenet, cum inscriptione, VOTA PVBLICA. fructus autem terrę cultum, quem illi accęptum referunt, planè significant.

Cœl. Calcag. de rebus Aegyptijs.

Cap. 8. De Parcis, Nemesi, Bellona, Fortuna, Pace, Spe, Concordia, Discordia, Moneta, & de nonnullis Prouincijs.

Parcæ.

PARCAE, quæ vitam hominibus moderantur, cognita sibi com-

comparauere insignia: quorũ meminisse ab re esse non arbitramur, iuxta ea, quæ in nonnullis antiquis, & recentioribus numismatis reperiuntur. Est enim sub pedibus instrumentum illud, quo fila fuso excipiuntur: ad latus autem duo apponuntur fusi, quorum vnus est vacuus, alter verò deducto filo plenus. Tota hominum vita filo comparatur, propter continuitatẽ, ac deinde propter periculum, & modicam viuentium securitatem. Nã quemadmodum filum facilè rumpitur, ita & vita. Anacreon vuæ passæ acino suffocatus est: & quidam alter pilo in lacte nondum excolato, præter alios, quos Plinius, cæterique testantur, per exigua occasione perijsse. Fusus nudus mortem illius significat, qui vix ingressus fuerat vitam. in eodem fuso stamen contortum hominis vitam significat in medio annorum præcisam. Sed in orbe ad conglomerandum circunuoluto eius obitum significat: qui iam prouecta ætate occubuit.

Vita est filum.

Plinius li. 7.c.7.

Nemesis

Nemesis Dea vltionis frænũ pro insigni gestabat, quo quidnam ipsa curæ haberet, admonebat, scilicet vt frænum inijceret, & seipsum quisque compesceret, & metiretur admoneret. Nam & mensura in signum data est illi. Diuersis hãc nominibus appellabant: & aliquantulũ eius potentiam ampliarũt, improbi ingenij, & infestam esse dixerũt, quòd nimijs obesset votis. Prudentes enim, & cordati viri in his, quæ ad honorum gradus, & magistratuum functiones pertinẽt, suo se pede (vt in prouerbio est) metiri debent: aut secus ab ipso tempore, & euentibus dimetiantur, necesse est, diuino disponente numine in bonum, vt quæ desiderant aliqui, non assequantur: alij autem in suũ damnum, & perniciem desiderati voti compotes fiunt.

Nemesis.

Seipsos nõ metientes Deus, et tẽpus mensurant.

Bellona soror, & vxor Martis dicta etiam Duellona belli gerebat insignia, hastam præsertim: non tãtùm quòd armis ipsa vteretur, sed quòd illa accelerarет, Martẽ præcipuè vrgeret, cuius, vt aiunt, equos fræna-

Bellona.

Stati. Nec magis ardẽtes Mauors, hastaq; pugna

impulerit Bellona tubam.
Vir. 6. Aere ciere viros, &c.

trānabat. Hæc autem eſt belli gerendi ardens in animo affectio, quē furorē dicimus, quo ſinguli ad prælia commouentur, quem excitare tubis mos eſt, iuxta illud Virgilij Miſenum laudantis: quòd nullus præſtantior illo fuerit, cùm viros cieret tuba, & cantu Martem accéderet. Scutica aliquando pugnaſſe finxerunt: vel quia viri ſui impellebat equos; vel quia leuis cùm eſſet, non opus eſt aliud, vbi furor animi compellit, & miniſtrat arma. Eſt q̄dem ſcutica contemptibile feriendi inſtrumentum: equis primùm ab aurigis agitandis deſeruiens, & aliquando mancipijs corrigēdis. Vnde in ſeruili bello contigit, cùm Romani non decere exiſtimarunt armis aduerſus ſeruos, tanquam in gētem liberam, dimicare; ſed ſcuticis.

Liuius, & alij.

In cuius rei memoriam ſingulare tunc temporis numiſma fuit excuſſum; in quo illa adhuc hiſtoria demonſtratur. Sic igitur & Bellona, oſtenſa ſcutica, ſupplicium bellorum in furore belli quandoque ſignificabat. Præterea & Scutica telum

Numiſma argenteū.

lum eſt facillimum paratu, quòd ex quauis materia cōfici poſſet: & eſt iræ, atque celeritatis index.

Fortuna, & eius inſignia.

Fortuna clauum nauis pro inſignibus præhenderat, vt quæ Mundi gubernaculum in proſperis, & aduerſis teneret. Sed aliàs, nec raro innixa rotæ depingebatur, ob exiguam, vel potius nullam firmitatem, quam in ſe habet. Vnde nec malum eſt perpetuum, quia centeſimum, vt vulgò dici ſolet, annum non excedat. Sed nec bonum id tēporis pertingit: vnà enim cum vita, & Mundus, & fortuna clauduntur. Et quoniam vel optima quæque vita laborioſa exiſtimatur, infeliciori ſorte, periculum, quod mari ſæuiente ſuffertur, non ſine cauſſa à pleriſque fortuna nominatur. Et adhuc etiam, cùm in pace, & omni tranquillitate mare deſeruit nauigantibus, ſors, aut fortuna nō deerit, ſi verum eſt, quòd nauigātium mors, & vita adeò ſunt coniuncta, vt vix tabula interpoſita ſeparētur.

Labor in mari fortuna nominatur.

Victoria cum alijs, & palma.

Victoria & ipſa inter Deas habita palmam pro inſigni manu ſuſceperat,

perat,& alas in humeris,quæ perpetuum nomen, & famam vſquequaque in victorum honorem,volantē ſignificabat. Altera verò albā parmam,vel etiam literis ab ipſa notatam præſeferebat: ob veterem geſta in ſcutis pingendi conſuetudinem. Quæ quandoque templis obſeruanda ſuſpendebant: qualis Palladis aduerſus gigātes hiſtoria fuit. Quæ vt latiùs extenderetur,in eius peplo depicta fuit, tenuiſſima quidem veſte,& mulieribus ad templū præſertim ituris frequentiſſima. Ad huius imitationem introductū eſt, vt in ſimilibus peplis geſta depingerentur eorum qui ſe in bellis ſtrenuè geſſerant,ad illorum memoriā & honorem, necnon vt cæteris nobile foret exemplum. Fuit prætera Victoriæ inſigne palmæ ramus: & ab omnibus receptum eſt fuiſſe deſumptam à proprietate ipſius arboris. Nam quemadmodum illa reſiſtit ponderi, ſic & animus labori. Sed equidem ad Solis radiorū imitationem referendum crediderim. Qui enim palma fuerit coronatus, huiuſ-

Herodot⁹, & aly. Peplum quid.

Radij Solares in coronis.

huiusmodi radijs circundari videbitur: monstrantque splendorem, & lumen eorum, qui victorijs insignibus claros se præstiterint. Hic ergo Solis splendor in coronis Regum initiatus est radijs interpositis: cùm primùm hoc fuerit Solis insigne, vt in antiquis conspicitur numismatis, præcipuè Rhodiensium: apud quos celebri cultu venerabãtur, mirabilem in eius honorem statuam illam erigentes. Eadem corona pari ratione Serapidi posita est: vt in prisco argenteo numismate videtur, cum inscriptione, VOTA PVBLICA. Fuit & laurus notum Victoriæ signum, & præter suũ virorem perpetuum, quia tãtæ virtutis esse creditur, vt vel odorata à peste defendat, immortalitatis Symbolum est habita.

Serapidis corona.

Plin. li. 23 ca. 8.

Pax proprium signum, & quidẽ meritò, cornucopiæ suscepit, vt in argenteo Augusti Cæsaris numismate cernitur. Euidens autem est ratio, nam pacem abundantia sequitur, bellum miseria, & fames: omnia enim euertit, & consumit.

Pax.

Veſpaſianus in quodam ſuo numiſ mate caduceum, & anguem illi dedit. Maximè enim neceſſaria ſunt prudentia, & eloquentia ad agendum de pace, vt ipſa conſtituatur abſque dedecore, & nota proponē tis. In quibuſdam alijs numiſmatis pacem videre licet, quæ admota ardenti face clypeos comburit. Hoc enim fieri ſolitum non dubito, & ad literam declaratur hinc verſus ille Dauidis Prophetæ, Arcū conteret, & confringet arma, & ſcuta cōburet igne.

Notandũ, quare caduceꝰ traditus.

Pſ. 45.

Spes.

Spes pro inſignibus floream habebat coronam: & præter illam lilium album, tam notum, quàm ſpecioſum florem. Spectatur hæc in argenteo C. Clodij numiſmate, & in alijs. Et ratio eſt, quòd fructuū ſpes in floribus conſiſtat, ſed incerta: facilè enim iſti pruina deficiūt, aut vento ramos agitante diſcutiūtur.

Plin. li. 10. ca. 12.

Concordia cornicem Symbolū tenebat: propter notiſſimam harū inter ſe volucrum amicitiā, & apud multa antiquorū numiſmata, præſertim Fauſtinæ, reperitur. Coniū-

ctas dexteras concordiam significare, nemo est, qui nesciat. Istæ verò figuratæ pro ineunda pace vicissim mittebantur, iuxta illud Taciti referentis, Centurionem Sisenam exercitus nomine prætorianis dexteras, concordiæ signum transmisisse.

Discordia sub mulieris effigie vestes suas scindentis figurabatur, quod & Virgilius suo versu testatur.

Vir. Aen. 8. & scissa gaudēs vadit discordia palla.

Pietas Ciconiam pro Symbolo sortita est, cùm sit ea clarissima in his volucribus, quæ parentes iā senio cōfectos alunt, debitam in hoc gratitudinem docentes: quæ apud Græcos hinc nomen desumpsit. Ciconiæ signo plura numismata cuduntur, præsertim illud Q. Cæcilij Metelli argenteum.

Moneta inter cæteras Deas relata est: & pondus illi pro insignib⁹ dederunt, iuxta eius temporis cōsuetudinem: cùm omnis pecunia tunc temporis appenderetur. Est autem is vsus clarissimus in testamentis per æs, & libram: quòd per

In principio Instit. de testam.

 æs,

æs,& libram celebrari dicebantur. Hinc etiam ſumptus ab expenden do nomen habuit. Hinc diſpenſa-tio,& plura alia ad eã rẽ,non hic ta men omnia expendenda. Id ſolùm aduertendum Monetæ nomẽ ſæpe numero pro Dea Iunone intelligi, à monendo dicta: quòd in quadã publica neceſſitate conſulentes ad monuerit: & hac ratione templum illi ſub hoc nomine fuerit ſtructũ.

Iuno Moneta.

Habuerunt & ſuum quæq; prouinciæ honorem, varijs inſignibus exornatæ: quemadmodum ex dicẽ dis apparebit.

Hiſpania.

Hiſpaniam ſub mulieris figura altera manu ariſtas, altera verò ſagittarum numerum, & ſcutum gerentis depingebant. Sic illã in quodã noſtro emblemate excuſſimus antiqua imitantes numiſmata. Significatur autem fructuum hubertas,& bellicoſæ gẽtis certamen:qua lis ſemper extitit: & hoc ſeculo demonſtrata eſt prolatis in nouũ vſq; orbẽ ſui imperij finibus, & geſtis aliàs inauditis innumeras ſibi regiones ſubijciens. Adrianus Impe-

Li. 4.

rator in ſuo numiſmate Hiſpaniæ Oliuæ pampinum in manu appoſuit: cuniculum verò ad pedes. Planaque eſt ratio, propter maximam oliuarum copiã, necnon & cuniculorum præſertim in Celtiberia. Vnde illi Epithetum Catullus aſſignauit, cùm dixit, Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.

Catullus.

Africam Adrianus in altero ſuo numiſmate cum Cornucopię in vna manuum, quòd ſit etiam fertiliſſima, ſignauit. At reliqua Scorpionē p̄mit; quòd illic plures, & plurimũ noxij, vt Plinius annotauit, enaſcerentur. In alio eiuſdem Adriani numiſmate Africa ariſtis coronata aſpicitur, & in eiuſdem fronte elephãtis proboſcis agnoſcitur. Et notandum in eo eſt, quonã modo figurata ſit: nam in alijs numiſmatis habet pro galea medium elephantis caput, ſine faucibus inferiorib⁹: quanuis de poſteriore oris parte aliquid relinquerent. Vt illinc bini eminentiores promerentur dẽtes. Viſu quidem ſpectabilis figura eſt, ſed ob tale capitis ornamentũ fe-

Africa.

Plin. li. 11. ca. 25.

Elephãtis in galea figura.

rox. Sed hæc propter elephantorũ copiam inuenta ſunt: qui & ſi in alijs regionibus frequentiores sũt, tunc temporis frequenter ex Africa Romam deportati ſunt in triũphos, & dies feſtos: quemadmodũ & aliæ feræ pro ſpectaculis deferebantur.

Orus Apollo, & alij.

Aegyptum in corde flammis ad moto ſignabant, ipſam omniũ terrarum feraciſſimam exiſtimantes: quanuis feruido æſtu videatur exuri. Eſt enim cor in homine nobilior pars, ardet autem ſanguinis calore.

Nilus flumen.

Nilum fluuium, qui adeò fertilem, & fœcundam reddit Aegyptũ, ſub ſenis figura demonſtrarũt cocodrilo inſidentis, pueriſq; dimenſis locis in ipſo ludentibus, qui mẽſuras cubitales eiuſdẽ fluminis ſignificabant. Nam quantò altior erat menſura flumine creſcente, tãtò certior, & fœcundior erat in regione prouentus. Atque hos cubitos (ſic enim menſuras vocabant) ad templa Deorum deferri ſolenni põpa moris fuit, qui poſteà in ęde

San-

Sanctorum delati sunt: vt in tripartita historia narrant Rufinus, Nicephorus, & alij. Restat nunc de insignibus disseramus, quibus vel principes ipsi vsi sunt, vel in honorem, & obseruationem eorum ab alijs excogitata sunt.

Tripartita li. 10. c. 10. Ruf. li. 11. ca. 30. Niceph. li. 7. c. 46.

Cap. 9. De Noe, Iosue, Cyri, Darij, Alexandri, Antiochi, Gordij, Seleuci, Tenedij, Armodices, Thesei, & Seruij insignibus.

NOES insignia sub Iani nomine gentibus notissimi secundum opinionem vulgò receptam fuerunt duæ auersæ facies in vno capite. Quibus significabatur & ante, & post diluuium vixisse: vel etiã principis prudẽtia, cui præsens debet esse, quod præterijt, vt inde, quod futurũ est, iudicet. Hoc fuisse à Romanis inuẽtum non dubium, licet multis ab illo seculis, ad eiusdem in Italiã aduentus memoriam. Quod Ouidius sensit, cùm dicit, formatam à vetu-

Noe idem qui & Ianus.

Ouidius.

ſtate puppim in ære, ob Dei hoſpitis teſtimonium. Iſta vero nauis, ſeu veriùs roſtrum ipſius in auerſo numiſmate ſitum erat, in quo & biforme caput. Cumque illud Ianum deſignaret, conuenienter tributũ eſt tale etiam Symbolum, propter arcæ, ſeu nauis inuentum. Sed Italicarum rerum hiſtoriæ narrant à Iano admiſſum in ſocium Saturnũ Sabatium: qui Iouis Beli Aſſyriorum Monarchæ perſecutionem fugiens ad Ianum ſe contulerat. Et propterea nonnulli hanc numiſmatis partem tribuunt Saturno, propter nauem, qua fugiens liberatus eſt. Huius ergo Symboli, & eius interpretationis memoriam Plutarchus in Problematis, Lactãtius Firmianus, & alij recolunt.

Plut. Lactantius Firmia.

Ioſue.

Ioſue Vellus illud pro inſignib[9] geſtaſſe nonnulli dicunt, quo Deus mirabilem ſe oſtẽdit. Et hoc idem fuiſſe Symbolum Caroli Ducis Burgundię in ſua, quam denominauit, del Tuſon, militia. Sed nec primũ per ſcripturam probatur: nec ſecũdum habet, cur ab Argonautarum hiſto-

Origo velleris aurei, quem Tuſon: dicunt.

hiſtoria ſit diuertendum, cũ ij ſub ſimili fœdere ad conquirendũ Vellus aureum cõuenerint. Nec extra rem eſt, ſignum aliquod ab hiſtorijs, ac fabulis profanis pro rebus militaribus deſumi. Quod autem hic denotatum voluit fortis erat animus, ad ſubdendum ſibi, quod conquirebat, Galliæ regnum: ſed aduerſa fortuna magnis illius conatibus obſtitit.

Cyrus.

Cyrus Perſarũ Rex, & deinceps Monarcha, vt Xenophõ in de eius inſtitutione teſtatur, aureã aquilã expanſis alis ſuper haſtæ cuſpidem geſtabat:& ab eo ſucceſſores Perſarum Reges eandem ſimili modo geſtarunt.

Darius.

Darius in monetis ſuis pro inſigni, & Symbolo proprio Sagittarium excuſſit. Quod cœleſtis ſigni potuit eſſe figura, quòd fortè ſub illo natus fuerit. Aut voluit potiùs ſub eius monſtri viribus pecuniæ vires,vel fortaſſe etiam ſuas oſtendere.Diu viguit huius monetæ vsꝰ: & propterea dictum de Ageſilao, quòd triginta Sagittariorum milia

Vetus pecunia.

ad

Plutar. in Apoth.

ad corrumpendum Athenienſium exercitum intuliſſet: cuius rei meminit Plutarchus.

Plutar. in Alexãdro.

Alexander ſui natalis Symbolũ erexit Iouis ſe filium credi volens qui ſub anguis forma illum ſuſceperat. Narrat Plutarchus Philippum eius patrem draconem, vbi Olympias vxor iacebat aſpexiſſe: & exinde diuertiſſe ab ea, tum vt veneficia caueret, tum vt Deo cederet: quẽ pro veteri ſuperſtitione coniugium illorum dirimere velle in hoc ſignificari credebat. Cùm autem oraculum Alexandro interroganti reſponderet, vt Iouem Ammonẽ agnoſceret, & reuerenter coleret, eius ſe filium prædicauit, Serpentẽ in ſuis numiſmatis ſculpens, è cuius ore infans exibat. Quæ tandẽ Mediolanenſium Ducum inſignia fuerunt: quòd primus illorum Hieroſolymitano bello à Mauro quodã abſtulerit, qui ab Alexandro Magno originem ducere gloriatus geſtabat.

Inſignia Ducis Mediolanenſium.

Inſignia Antiochi

Antiochus inſigne geſſit, quod aliàs Salomonis ſignũ appellatur: quod

quod plurimi fecere, qui ſola ſigna, & charecteres, figuraſve alicuius eſſe virtutis contendebant. Hæc autem erat ex quinque lineis æqualibus ducta quibus totidem trianguli ſuper æqualem pentagonũ fundati eriguntur. Quoad originem verò huius inſignis ſciendum eſt, quòd Antiochus aduerſus Galatas caſtra metatus, nec proſpere cum hoſte congreſſus prodidit ſe in ſomnis ab Alexandro monitum victorem fore, ſi ſui milites ſignum illud geſtarent. Cumque hoc ſignum ſingulis Hygie (quæ ſalus interpretatur) Aeſculapij filiæ nomine impoſuiſſet, tantum animi, & fiduciæ reſumpſerũt, vt non difficulter hoſtẽ profligarent. Quòd ſi hac in figura nõnihil rationis conſideraremus, qua ad aliquid ſignificandum fuerit inſtituta, humorum in homine cõcordiam, & æqualitatẽ, vnde ſalus prouenit, oſtenderet. Et in hoc æquitatis temperamento, & vnanimi cõcordia victoriæ ſecuritas, aut confidentia conſiſtit ſemper. Siquidem vnita, atque coniuncta virtus ſemper

Meminit Calcag li. 3. epiſ. qq.

Vnanimitas.

per eſt ſeipſa diſperſa maior. Et hoc primum potuit demonſtrari in antiquo equinæ caudæ vſu, quam pro galearum ornatu, vt ex Home ro conſtat, applicabant. Coniũctas enim ſetas nulla vi confringi videmus, ſparſas autem, & ſolutas, vel quilibet puer expilare poterit. Qđ quidem ſimiliter & manipulus ille denotauit, quo Romanos pro vexillo, & ſignovſos eſſe diximus, admonentes ſic eorũ animos eſſe vinciendos, vt mutuis ſubſidijs ſibi in prælijs auxiliarentur. Hanc præterea paritatem, & vnionem manus ſignum pro vexillo haſtæ illigatum commonuit. Vndè aceeptũ eſt, vt exercitus totus, aut ſaltẽ pars manus appellaretur: vt in actis Apoſtolorum apparet. Nec prætereũdum eſt, hoc ipſum ſignificaſſe victã in haſtis, quod etiam antiquis in vſu fuit geſtari pro inſigni in exercitu, vt quemadmodũ hæc alligata erat haſtæ, & poſteà alligatæ sũt & aliȩ: ſic inuicem alligari inter ſe milites conueniebat. Hæc apud nos dicebantur vãdas: quibus alligatis cùm diſco-

Homerus in Iliade paſſim.

Manipul⁹ quid ſignificabat.

Acto. 12. Miſit Hærodes Rex manus.

duicolores essent, vexillum formari cœpit, quod ab eisdem vulgò vãdera diceretur.

Gordius. Gordius Phrygiæ Rex primò bubulcus, cùm in templum ingressus fuisset quondam manu lora referẽs pro vinciendis aratro bobus, Rex acclamatus ex oraculi responso illum sub tali forma designantis, subitò minimè dedignatus est anteriori fortuna, imò gratissimus, & memor fertur. Famosissimum illũ nodum ex loris implicatum tẽplo dedicauit in ciuitate, quam condidit, & de suo nomine Gordiam dixit. Vnde apud nostros Canonistas Gulielmus Benedictus refert eundem in sui prioris officij memoriã & aratrum, & vincula in templo dedicasse.

Nodus Gordian'.

In c. Raynuntius.

Seleucus Nicator. Seleucus Nicator, Authore Appiano, suæ monetæ anchoræ signaculum impressit: & ea securitatem, atque constantiam significare potuit. Namque hac de caussa, (vt nõ nulli sentiunt) anchora Sacrata habebatur: sed verius, atq; certius est quòd quando ad Sacram anchorã

confu-

confugiendum dicitur, de vltimo remedio intelligi. Nam, vt vt ait Ioannes Zezes in ſuijs varijs hiſtorijs, inter cęteras anchoras vna erat inſignioris ponderis, & magnitudinis; qua in grauioribus periculis vtebantur: & hanc ſacram nuncupabant.

Ioã. Zezes Chil. 11. nu 363.

Tenedius Rex ſuam monetam cudẽs ſecurim illi cum duobus vno in collo capitibus effinxit, debitã legibus reuerentiam, iuſtitiæque executionem denotans, in qua omnes pares eſſe debebant. Nec aliter ipſemet oſtendit. Nam capitis pœnam minitatus in eum, qui adulterij crimen commiſiſſet, cùm in hoc filius deliquiſſet, edicti pœnam aduerſus eum executus eſt.

Plutar. de Pythijs orac. Steph. de vrbib⁹.

Armodice, Midæ Regis Phrygię vxor, prima inter Cumæos pecuniã conflauit, in qua leporis ſigno vſa eſt, nummi fortaſſe proprietatem demonſtrans: cuius eſt currere, & in cuius venatione fatigantur omnes. Et ſi nondum in ipſa origine authoritatem, & honorẽ pecuniæ diminui oportebat: mirabile ipſius Reginæ

Armodice

Pecuniæ proprietas

Reginæ fuit Symbolum, ad ostendendum in fœmineo sexu virilem animi sui valorẽ. Vt scilicet in hoc demonstraret, & virum, & fœminã esse: quod lepori contingit, vt plurimùm, quemadmodũ scripsit Plinius, & passim experientia demonstrat.

Pli. li. 8. c. 55.

Theseus vt author est Plutarch⁹ in eius vita bouis insigni est vsus: Iulius Pollux didrachmam vocat pecuniam, in qua huiusmodi signũ habebatur: idque propter taurum Maratonium, aut propter Minois Ducem. Sed omnium verissimum, quod ciues monuerit, vt depositis armis agros colerent. Et hæc est pecunia, qua patronus silentium vendidisse insimulatus est, nec clientis partes defendisse, quòd bouem haberet in lingua.

Plutar. in Theseo: Iuli⁹ Pol. in Onomastico.

Seruius antiquus Latinorũ Rex sub ouis signo monetam feriebat: idque fortè, quòd apud antiquos diuitiæ in numeroso grege, præsertim ouiũ consisterent: quibus agri, & cæteræ res emebantur, totidem illas ouibus æstimando. Et quemadmo-

Seruius.

admodum pecunia illarum vicem ſubijt, credendum eſt ea de cauſſa nummos ouis figura ſignari voluiſſe. Habita eſt præterea ſimilitudinis ratio: nam quemadmodũ ouis maximo eſt hominibus vſui, & emolumento, ita & nummus: quod generale rerum omnium eſt pretiũ.

Oues monetæ ſignũ

Cap. 10. De inſignibus, quibus vſi ſunt Auguſtus Cæſar, Pompeius, C. Cæſar, Antoninus, Galba, Cõſtantinus, Henricus 4. Ferdinãdus, & Carolus V. Imperatores.

Auguſtus Cæſar.

AVGVSTVM Cæſarẽ pro inſignibus Capricornum ſidus geſtaſſe nulli ẽ ignotum, quòd ſui natalis aſcendens fuerit. Et Theogenes celebris eo tempore Aſtrologus conſultus dixit ea de cauſſa Mundi dominum futurum. Et hinc tantam ille fiduciam concepit, vt deinde publicũ eſſe voluerit (Suetonius ait) thema ſuum. Sic enim poſitionem, & figuram cęli, vnde iudicia ſumũtur,

Sueton. in Auguſt.

tur, vocant Astrologi. Est autem apud eosdem receptum hoc signũ Capricorni eximiam portendere felicitatem. Et videntur euentus cõprobasse in principibus, qui sub eodem ascẽdente nati sunt; quod Carolo V. Imperatori gloriosæ memoriæ contigit.

Vsus est idem Augustus, & alijs Symbolis, vt Sphynge. In quo videbatur significari, quàm sit necessarium in obsequijs principũ secretũ tum ipsis domesticis, & familiaribus: tum etiam eisdẽ principibus: ne temere se, & sua alicui credant. Terminus, & fulmen alia sunt eiusdem insignia, quibus auersam suorum numismatum partem sculptã videmus. Hoc autem denotat firmitatem cum agilitate coniunctã: quod est lẽtitudo festinata, & lenta festinatio, quæ sub delphino, & anchora monstrata sunt græca inscriptione adiuncta, quæ latinè sonat, FESTINA LENTE. Qua & ille vsus est diutius, & post illum in ipsius memoriam alij.

Pompeius, quem Tertullianus

Symbolũ Sphyngis.

Festina lẽte.

Pompeius.

Tertul. li. de ſpectaculis.

ſuo tantùm circo minorem appellauit,(quòd ſibi Magni nomẽ vendicãs circum appellauit maximũ) ingentis fuit animi virtutis. Aſt illũ minimè iuuit ſors, quam ſperabat, per inſigne illud Leonis enſem arripientis: quod animi magnitudinẽ cum potentia coniunctam indicabat. Quòd ſi hæc illum non deſeruiſſet, propter fortunæ inſidias, virtutis ſuæ meritis in toto terrarũ orbe dominari digniſſimus erat.

C. Cæſar.

C. Cæſar in quodam ſuo numiſmate Mundum cum temone, cornucopiæ, & caduceo pro inſigni gerebat. In quo clementiſſimus ille Princeps orbi pacem, hubertatem, iuſtitiæque adminiſtrationem pollicebatur.

Antoninus Pius.

Antoninus in ſuo numiſmate, Aeneam humeris patrem geſtantem, & manu filium depinxit, pietatem, quam maximè colebat, oſtendendo. Et Pius, haberi non ſolùm nomine deſiderabat, ſed rebus: dũ ſocerum iam ſenem in Senatũ manu deducebat, & in locis arduis vlnis appenſum tranſuehebat.

Galba

Galba Imperator, Dione teste, nauis proram, à qua canis saltu parabat, in Symbolum delegit, vt animi sui promptitudinem, & periculorum contemptum testata relinqueret.

Galba.

Constantinum Imperatorē Christi nomen in signum notasse demōstrant ipsius numismata, primis huius Sanctissimi nominis compactis hoc modo gręcis literis χρ & in nōnullis eiusdem numismatis labarū, & regium vexillum cum eadem nota spectatur: quod & quidam Christianus poeta cecinit. Sed vt historia tradit, & authores referūt, eius insigne fuit Crux, cum hac inscriptione, IN HOC SIGNO VINCE. Hoc enim ita figuratū in cælo aspexerat, in quo illi verè demōstratum fuit Crucis signum, prædictis literis circunscriptum. Hoc tripertita historia ecclesiastica refert & est author Sozomenus, qui asserit Eusebium Pamphilum ab eodē Constantino Imperatore id audisse. Et iuxta hæc insignia labari Cōstantini fuere Crux ipsa, & nota no-

Constantinus Magnus.

Symbolū Constantini.

minis Christi. Erat autem, vt diximus, labarum, principis vexillum, quod vulgò Guion, quasi ductoriũ dicitur: quod sub sua acie contentos ducat, & perducat: & quocunque principis persona vertitur, indicet. Huius autem signi ratio tanti habita fuit semper, etiã ante Cõstantinum, vt milites illud flexis adorare genibus soliti fuerint. Et sic huiusmodi reuerentia continuata est, vt propter eius custodiã quinquaginta milites constituti fuerint quos præpositos vocabant: vt patet ex titulo, & lege Codicis Theodosiani de præpositis laborum, quẽ in suum transtulit Iustinianus: & in duobus his dicitur laborum, vnde ibi glossa plurimum habuit laboris & dubitandi occasionem. Et quanuis græcè laborum cum accentu in prima apud Sozomenum, & acta Synodi Nicenæ inueniatur: authoritas tamen Tertulliani, Diui Ambrosij, & Prudentij labarũ: dicentium, hoc nomen apud latinos haberi nos admonet. Et vt equidẽ arbitror, nomen hoc est Latinum, vt

Labarum Principis vexillum.
L. 1. C. de præpos. laborum.
Tertul. in Apoleg. c. 16.
Prud. li. 1.

vt complura alia tunc temporis à Græcis vsurpata, & à verbo labor deriuatur, quòd facilè labatur. Qđ sic esse ratio demonstrat: erat quippe quadratum laminæ affixum: & hæc funiculis appensa, recta cuspidis hastæ ligabatur. Quapropter in dictis locis Theodosij & Iustiniani Codicum legerem de præpositis labarum, pro labarorum. Hæc aũt dicta sint, vt nostræ professioni inseruiamus: & similiter est faciendũ, quamuis obiter, vbicunque se obtulerit occasio.

Vt videre est apud Diuũ Grego. Nanz. Oratio. 1. in Iulianũ

Nonnulli ex Castellæ Regibus sua etiã insignia singularia, & Symbola habuerunt, vt Henricus IIII. malum granatum apertum, cũ his verbis ACRE DVLCE, quòd obseruandum Principis ingenium ostenderet, quòd s. improbis acerbos, & iustis suaues, & benignos esse oporteat. De quo & nos quoddã emblema excussimus, vbi de hoc seriò.

Rex Henric.4.

Lib.3. embl.30.

Rex noster Catholicus incude primùm, & malleo vsus est, Symbolo non satis cognito, nec tãto prin-

Ferdinandus Rex Catholic⁹.

cipi conuenienti. Quod autem deinde elegit, & omnibus innotuit, multæ fuit admirationis, sagittas s. & iugum cum his literis, TANTO MONTA. In quo ad Gordiani nodum nulla fuit allusio, neq; ad Alexandri sententiam, quæ vulgò fertur, idem valet incidere, quod eno dare. Voluit autem in his significare hostes, ac rebelles sibi debellandos esse, vel armorum vi, quæ per sagittas significantur, vel voluntaria deditione, cùm ipsi ad iugum peruenerint. Et hoc innuit. Idem valet vltro, aut vi: siue, velint, nolint.

Plutar. in eius vita.

Nec secus euenit in expeditione, quam de Bethica recuperanda totis viribus assumpsit: quòd armorum vi subacta, & subiugata est, & Granata ciuitas dedita fuit initio anni nongentesimi secundi.

Bethica recuperata An. Dom. 1492.

Carolus V. Imperator gloriosæ memoriæ extendens Hispanici dominij fines orbis simul & terminos extendit. Firmiter enim antiquitas omnis crediderat terrã Hispaniæ regionibus terminari, præsertim

Carol. V.

tim promontorio, quod à re ipsa dictus est finis terræ. Cumq; Hercules ad Calpen peruenisset, binas columnas erexisse in signũ extremi, & vltimi totius terræ termini; neque vltra inueniri, quò progrediendum esset. Sed nauigatione illinc cœpta, & nouo deinde inuẽto orbe, mutari eos terminos necesse fuit: quos & in signum, & nobilissimum Symbolum accepit, cum inscriptione, PLVS VLTRA. Et reuera tanti Principis mente considerata non solum erat in his ostẽdere nouum esse in Mundo orbem, neque his limitibus terram definiri. Sed internis mentis oculis cœlestem veritatem agnoscens alterius longè præstantioris Mundi nos admonitos voluit. Atque hoc, plus vltra, secum assidua meditatione perpendens, regnis se abdicare cõstituit: vt apud se manens vni Deo, & cœlestibus propugnaculis assequendis militaret. In quo etiã veteranus erat, qui toto suæ vitæ tẽpore Ecclesiam Catholicam felicissimè propugnauerat. Sed ne fastidio

Geographi & poetæ, maximè Pindarus in Nemei.

Rarum Principis exẽplum.

lectori simus consultò præterimus complura ex antiquis, & iunioribus Symbola Principum: quibus in his quæ dicenda sunt, pro exẽplis vtimur; & nunc de aliquot nationũ insignibus tractandum superest.

Cap. 1. De insignibus, quæ sibi populus Israeliticus, & Machabæi delegerunt, necnon Chaldæi, Assyrij, Aegyptij, Thraces, Scythæ, & Troiani.

Populus Israel.

AB Israelitico populo exordiri postulat antiquitatis ratio, & quòd rerum omniũ, quæ præcisa, & necessaria sunt in vita, inuentio absque dubio illis tribuenda sit. Cumque in ducẽdis militibus semper in vsu fuerint vexilla, & signa, nõ est ambiguum eisdem vsos fuisse Israëlitas. Sed qualia fuerint, quæque in eis insignia posuerint, inquirimus. Nec satis constat ex diuina scriptura, in qua tantùm signa nominãtur in Numerorum libris: Hebraicè autem

Numer. 2

tem eſt dictio Degel, quæ ſignificat vexillum, & ſignum exercitus. Quoad imagines verò, & figuras illud inprimis offertur: quòd cū vniuerſa gens in duodenas tribus fuerit diuiſa, conueniens erat ex prædictione Iacob, quando ante mortem ſingulas allocutus eſt, talia ſigna ſibi deligere, præſertim ex cōparatione animalium, quæ poſteà viſa ſunt in vexillis portari, & hinc forſitan apud Gentiles ortum habuerunt, ſicut & alia multa. Inter hæc annumeratur lupus, cui aſſimilatus eſt Beniamin: atq; item ceraſtes, vel coluber, cui comparatus eſt Dan. Sed equidem non cenſeo huiuſmodi imaginibus ſua vexilla Hebræos inſigniſſe, ne cum idolorum cultoribus cōuenirent: qui animalium, quæ colebant, figuras in vexillis, vt infrà videbimus, collocabant. Verùm certiùs crederē, quòd quemadmodum in rationali duodecim lapilli poſiti ſunt, duodecim tribuum nominibus ſculpti, ſic & vela ſibi elegiſſe, quæ eiuſdem rationalis coloribus conformarētur:

Geneſ. 49.

Exo. 28.

vt inter se diuersi, atq; discreti manerent. Et quoniam his de rebus in sermonẽ venimus, meminisse oportet Isidorum docuisse, vexillum dictum esse, quasi velillum. Neq; authorem citat: sed M. Varronis deductio est ista: quæ firmatur ex ijs, quæ iam de Antiochi insignibus dicere cœpimus: quòd olim victis, q ex huiusmodi velis fiebant, hastas decorare moris fuerit, & hæc eadẽ videtur esse, quæ dicimus vela. Probatur etiam ex antiquis picturis, præsertim ex cuiusdam vetusti vasis descriptione, quam quidã Neotericus author edidit in libello, cui nomen est Themis. Aperteq: cernitur, quod de Epaminonda Thebano narratur: cùm eius milites triste omẽ habuerint, Ducis hasta ornatum, quem instar infulæ illi alligarat, à vento sublatum, inque cuiusdam Lacedæmonis sepulcrum fuisse deiectum. Ille interritus, Nolite (inquit) expauescere: sic hostibus nostris parentamus, quorum adornamus sepulcra. Ex eisdẽ ergo varijs velis varios etiam colores in vexil-

D. Isid. li. 27. Orig. c. 3. M. Var. de lin. lat.

Themis, siue de lege diuina.

Scripsim' de hoc li. 2. de vera, et fal. Proph. c. 24 & est ex Iulio Frõ desũptum li. 1. c. 12.

vexillis mansisse facile fuit. Siquidem, vt Tranquillus scribit, Augustus Cæsar post nauale præliũ Marco Agrippæ cæruleum vexillũ dedit. Beroaldus in Apuleium equitũ signum cæruleum fuisse scribit, peditum verò purpureum.

Sueton. in Augusto.

Machabæis vt plures asserũt, nomen dederunt singulares quatuor literæ, quas in vexillo depinxerãt, M.C.B.I. interpretabatur autem, quis sicut tu inter fortes? Sed ex eadem historia constat Iudæ cognomen fuisse, quod interpretatur fortis debellator: à quo & reliqui nomen habuere.

Author Rabbi Isaac in suis commentarijs.

Chaldęos diximus adorasse ignẽ, & ipsum ante se pro vexillo in prælia gestasse solitos: quos & Persæ imitati sunt. Constat ex historia Alexandri: Atque hinc sumptũ videtur, quod principium belli indicebat incẽsa fax, siue, vt Liuius ait, ardẽs hasta iaculata ĩ hostes. Hinc etiam introductum, quòd eorũdẽ Persarum Reges, vt Xenophõ testatur, sacratum quem vocabant ignẽ ante se deferrent: quos & Romani.

Chaldæi.

Liu. Dec. 3. li. 10. Xenophon. li. 8. Cyropædiæ.

Agathias li. 2.

mani imitati ſunt, vt in emblemate de titulis dicimus. Vſi etiam ſunt pro peculiari inſigni ijdem Perſæ arcu Scythico: vel quia ſibi illius inuentionem vendicarent, quam alij Scytæ Iouis filio tribuunt; vel quia ſe iactarent in dirigēdis iaculis inſigniores, cùm antea obſcura, & ſine nomine gēs fuerit: &, vt ait Iſidorus, ignobiles ante Cyrum, & nullius inter gentes loci habebantur.

Marcelli. lib. 23. & alij.

Iſid. lib. 9. Orig. c. 2.

Aſſyrij.

Aſſyrij ſuum vexillum columba inſignierant propter illorum figmentum, quòd Semiramis in colūbam fuerit conuerſa. Cuius rei mētio eſt apud Diodorum, Lucianū, & alios: necnon apud Hieremiam admonentem, fugiant ab ira colūbæ, quod interpretatur Diuus Thomas de Aſſyriorum furore, & Ioannes Annius in Beroſum refert. Qđ autem de Semiramide in columbam conuerſa commentati ſunt, ortum habuit forſan à nomine proprio, quod auem ſignificat. Cùm autem colūba cæteras aues in multis excellat, conuenientius arbitrati

Diod. li. 3. c 5.

Lucian. in Dial. de Ioue Tragœdo.

ti ſunt in illam trãsformatam eſſe, matris figmentum continuantes, quæ nuncupata eſt Derceta Aſcolonitarum Dea, quam vt in piſcem conuerſam, ſub Serenæ imaginem colebant. Et hoc erat idolum Dagon, quod authore Diuo Hieronymo, piſcem ſignificat. Ipſa autē, vt ex Diodoro colligitur, ſuæ conuerſationis operationem cauſſata eſt. Nam enixa ex adulterio Semiramidem in paludem ſe proiecit. Hæc autem Semiramis, vt notũ eſt, mater fuit Nini: qui quidem, ſi aduertimus rationem temporum, quodque ex ſacris literis colligitur, collatis ſimul, quæ prophani authores referunt, idem ipſe eſt, qui in ſacra ſcriptura dicitur Nembrot.

Ouid. li. 4. Metam.

D. Hiero.

Diod. li. 1. c. 2.

Ninus idē qui Nembrot.

Aegyptij in ſuam aciem Apidis, ſeu Serapidis figuram ſub iuuenci imagine præferebant. Hoc autem præcipuè in diuina ſcriptura probatur, referente Iſraëlitas ad eorũ imitationem Deos poſtulaſſe, qui ſe præcederent. Et licèt Hebraica dictio multitudinis habeat numerum in dictione Deos, vnum tamē ſigni-

Aegyptij.

significat: vt multis alijs locis, & præcipuè Regũ primo, vbi de Phitonissa figuram Samuelis interrogante agitur, vt alibi & nos docuimus. Et hic meminisse oportuit, vt simul intelligatur ad imitationem Aegyptiorum non plures Deorum figuras postulasse, sed vnam Apidis, in formam bouis, aut vituli. Et hic ille est, quem Aaron conflauit. Cumque illum ad præferendũ ante se in vexillum postulassent, quãuis scriptura dicat, fecisse vitulum, non est inconueniens solum caput intelligi, vt facilè deferri posset. Sic enim dixerant. Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Et huic opinioni astipulatur Lactantius, dũ narrat: cum Moyses Hebræorum Dux montem ascendisset, & quadraginta dies ibi commoratus esset, bouis caput, quem Apin vocant, effinxerunt, vt illos præiret in signum. Quod etiam Diui Ambrosij authoritate confirmatur, qui hoc in quadam epistola euidenter docet.

1. Reg. 28.

Apis in forma vituli.

Lactan. li. 4. de uera sapientia.

D. Ambro. li. 7. epi. 56

Thraces.

Thraces pro insigni Martẽ gestarunt, qui ab illis Thracij cognomen

men accepit. Et hoc ex eo, quòd strenuissimi essent in bello, idque seriò profiterentur credentes cælestia illis subuenire pręsidia à Deo suo Marte, cui diuinos honores præstabant.

Scythæ nó dissimili ratione suis stranuis viribus: & potentiæ confidentes, quasi aduersarijs excidium comminantes, fulmen sibi pro insigni vendicarunt. *Scythæ.*

Phryges, qui & Troiani, suē gestabant. Qui si aper fuit, satis esse potuit ad impetum, & vim explicādam. Quam satis in longa sua defensione monstrarunt, quæ & illos erat liberatura, nisi suorum proditio aditū hostibus aperuisset, quē vires assequi minimè potuerant. *Troiani.*

Cap. 12. De Mendesiis, Indis orientalibus, Dardanis, Argiuis, Samijs, Epidaurijs, Corinthijs, & Peloponnesiis, cum alijs compluribus.

MENDESII Deum Panem sub hirci effigie colebant. Et

hic ille est hircus Mendesius, cuius meminere Arnobius, Diuus Gregorius Nazianzenus, & Theodoretus. Polyenus in libro stratagematum hunc asserit primum omnium in Asia dextrum, & sinistrum cornua instituisse: & iccirco ea ipsius capiti apposita: sed iam veritatem huius figuræ alibi detegimus.

Arnob. cõ. gen. Greg. Nan. 2. inuectiua. Theod. de cu. Gre. affec.

Indos Orientales, quos Apollonius adijt eorum sapientes allocuturus auream anchoram pro caduceo gestasse tradit in eius vita Philostratus. Quòd missa in mare cuncta rimetur, donec firmum aliquid cui adhæreat, inuenerit. Et hoc nobis insinuat, quòd in dubijs rebus cuncta tentari oporteat: & quod firmius, & securius fuerit, sit eligendum.

Philos. in Apollo.

Dardanij, postea Samothraces dicti in Phrygia, binos gallos inter se concertantes pro insignibus habuerunt ad suam fortitudiné ostédendam in his bellicosis auibus, quæ singulare certamen aggressæ non desistunt, donec vincant, aut intereant. Hinc actum est, vt galeæ

Dardani.

cultus

cultus criſta dicatur:& criſtati,qui gerunt illã, vt paſſim apud poëtas cernitur. Quòd verò hic ornatus ad ſimilitudinem criſtæ furorem animi, atque audaciam ſignificet, probant vetuſta numiſmata:in quibus apparet non ſemel acroſtolia iſta. ſic enim à multis ornatus galeæ nominatur.

Acroſtolia.

Argiuorum inſigne talpa eſſe dicitur: ſed veriùs,mus, iuxta ea,quæ de ipſis narrantur. Cùm è Creta egreſſi, vt nouam deducerent coloniam aliqua in parte, petierunt ab oraculo,oſtenderet ſitum, vbi nouæ ſedes ponerentur, habuerũt in reſponſis, vbi terræ filij contra ipſos pugnarent,& obſiſterẽt. Cumque huc, atque illuc errarent quærentes locum, inuenta ſunt quodã mane à muribus corroſa, quæcunque ex corio facta erant, adhuc et ſcutorum corrigiæ, abſq; alijs. Nã ex corio fiebant multa, inter qua & arma, præſertim caſſides, vt ex Homero multis in locis cõſtat: vbi de bubulis galeis meminit,necnon & hircinis, ex pelle ſcilicet, q́ apud

Strabo lib. 13.
Aelianus de animalibus.
Homerus in Iliade.

nos Cordubensis dicitur, & hæc, vt creditur, duplex, aut veriùs multiplex consuebatur. Videntes autē damna à terræ filijs accepta, ibi fixerunt sedes: & Apollini templum ædificantes Smynthium à murium nomine dixerunt. Et prout Heraclides Ponticus adiūgit, dicere quidem possumus, ad arcēdos mures, quorum copia ibi est magna, è suo Deo musipulam fecisse. Nam eius statuæ pes ita erat fabrefactus, vt subeuntes mures subitò compri- meret.

Heraclides Ponticus.

Samij.

Samiorum insigne fuit nauis, ꝙ eius fuerint inuentores, à quibus appellata est Samena, & hac in dedecoris notam Atheniensium inurendo frontes signarunt, quos in bello quodam deuicerunt, author est Plutarchus.

Plutarch' in Lysandro & alij

Atheniensibus noctua fuit insigne: cuius in fronte inustione Samijs alias profligatis par pari reddidere. Diximus hanc Mineruæ dicatam, vnde illis signum: in qua sapientiam denotarunt, quæ illis in pretio erat: nam & Athenæ doctæ

Noctua.

inscri-

bebantur. Eadem de caussa Romani suorum principum sapientiam extollentes illam in numismatis inciderunt, quę in ipsorum memoriã, & honorem excudere solebãt: vti apparet in duobus Domitiani, vno cum latina inscriptione, & figura Mineruæ cui adhæret noctua: altero autem cum græcis literis excusso, vbi sola hæc auis inter duas lyras conspicitur.

Cuius rei sit signum.

Epidaurij, quorum ciuitas est in Achaia, gestabant & ipsi noctuam, sed in honorem Aesculapij: quem Deum à suo nomine nuncuparũt, propter celebre tẽplum illius memoriæ constructum. Et quoniam hæc ales est omnium vigilãtissima, & plurimum Medicis vigilia conuenit, pro infirmorum valetudine omni cura, & studio recuperanda, hæc inter cætera insignia illi tradiderunt.

Epidaurij

Quare noctua dicetur Aesculapio.

Corinthij in sua moneta equum Pegasum figurarunt: vt in paruo quodam nummo cernitur, quẽ dicunt vocari Pollum, cuius rei caussa est, quòd iuxta Pyrenen fontem

Corinthij.

De Pegaso equo.

fuerit inuētus, vt Strabo, & alij testantur: & præterea in memoriam Bellerophōtis, qui Corinthius erat, & illum domuit equum, cuius ope multis in prælis victoriam est consecutus. Cuius figmentum ex vera aliqua historia ortum habuit: nisi (vt alijs placet) ad naturalium rerum rationem, quæ in solis viribus considerantur referendum sit.

Bellerophō Pegasi domitor.

Peloponnesij suis in pecunijs testudinis signum posuere. Quod si Apollinis inuentioni in prima cythara non tribuitur, poterit eius prouinciæ situs propter eiusdē similitudinem significari. Est enim peninsula, & ea ampla, & sinuosa: ita vt plurima hinc inde habeat ꝓmontoria, & ea de caussa Platani folio etiam assimilata est. De hac pecunia dictum intelligitur, quod Iulius Pollux refert, Testudines vincunt virtutem, & sapientiam.

Peloponnesii.

Iulius Pollux lib. 9. Onomastichon.

Mytilenæi, quorum ciuitas hodie Metelin dicitur quæ antiqua est Lesbos, suis in signibus Sapphus figurā depingebāt: quòd inter eos nata fuerit.

Taren-

Tarentini in altera monetæ ſuæ ſuperficie Tarentum gentis authorem delphino inſidentem poſuerunt: in altera verò eundem ſuper equum, ad inſinuandum maris, ac terræ imperium: aut quia Neptunni filius haberetur: diuiſoq; imperio ambo eodem numiſmate ponerentur. *Tarentini.*

Trœzenij ſignum habuerunt tridentis in memoriam, & honorem Neptunni Dei, quem colebant. *Pauſanias lib. 2. Plut. in Theſeo.*

Germani monetam cudētes ſerram impreſſerunt, vetuſtum Aegyptiorum ſignum, incerti belli Symbolum: quando vtrinque monſtratur æquale. Et forſan in hoc oſtendere voluerunt fortitudinis ſuæ, & emenſi temporis vires, quo paulatim vincuntur omnia. *Tacitus li. de morib. Germanorum.*

Siculi vt ex eorum antiquis numiſmatis, & alijs Romanorum, & veteribus quibuſdam ædificijs cōſtat, pro inſignibus trina in ſe deflexa crura æquali ſpatio diſtincta, geſtabant. Et hoc propter tria eiuſdē inſulæ promontoria: vnde & Trinacria dicta eſt. *Siculi.* *Trinacria*

Rhodij, & eorum moneta.

Rhodij, qui & Colossenses, pecuniam rosa signarunt, vt ipsa eorum numismata docent. Notandumq; est huius monetæ fuisse triginta nũmos argenteos, quibus vẽditus est Redemptor noster: vt constat ex ijs, qui maxima cum veneratione seruati sunt, & à nonnullis authoribus referuntur. Continent ex vna parte Solem, quem Rhodij pro numine colebãt, & colossum celeberrimam illi statuam erexerunt: vnde & Colossenses dicti, quo ad illos nomine Apostolus scripsit. Ex inuersa autem parte ob insulæ nomẽ, & perpetuum virorem rosam apposuere. Hæc olim Ophiusa dicebatur: & serpentis nomen infaustum credentes, vt omen effugerent, in rosæ nomen commutarunt.

Colossẽses vnde dicti.

Ophiusa.

Corali.

Corali gens Pontica, bellis assueta, binas rotas gestant, quæ Symbolum esse possunt æqualitatis, & cõcordiæ, admodum in militari disciplina, & armorum vsu necessaria. Et his præcipuè, qui viribus suis, & animi fortitudini confidunt: omnia siquidem facilè deficiunt, interue-

teruemente discordia.

Turcæ, vt nulli est ignotum, Lunæ signum sibi vendicarunt, qua sua vexilla insignita voluerunt. Neque id apud nos mysterio vacat. Cùm enim Christiana virtus Sol ille sit, qui totum orbem illustrat, ei Luna supponitur, quasi tenebras effundens. Et licèt hoc ecclipsis genus quoad nos tãtùm efficitur, splẽdore Solis nulla ex parte desuper imminuto: laborem tamen, & persecutionem patimur, donec diuinæ maiestati placitum sit, omnes in vnum conuenire, quãdo in vniuerso terrarùm orbe vna sit omniũ intemeratæ fidei professio. Sed ad caussam insignium reuertentes, cur gens illa Lunam sibi delegerit: propter vnũ ex acquisitis bello regnis dicitur id factũ. Et quidẽ videtur sibi hoc insignũ antiquitatis, & nobilitatis placuisse gestare, vt cũ Arcadib⁹ cõuenirẽt: qui se antiquiores, & nobiliores iactabant, vt vel ante Lunam exorti fuerint. Quibus assẽtientes quodammodo Romani, cũ ab Euandro Arcade originem du-

Turcæ, de quibus lege Leonicenum.

De hoc lege Dialogos Leonis Hebræi.

Arcadum vetustas.

cere confirmarent, Lunam in cal ceis nobilium vsu arrogantissim introduxerunt. Cuius Poeta suis in Carminibus Martialis meminit dum inter cæteras ruris laudes diceret, quòd illic nusquam lunata esset pellis, rusticam in hoc simplicitatem commendans: quòd ibi nulla sit insolentium, & arrogantiū quorundam molestia quorū plena sunt vrbium plateæ. Cuius etiā antiqui vsus aliquod apud nos vestigium mansit, cùm in aliquot infantium calceis lunulæ gestantur. De Romanorum verò consuetudine meminerunt, & Plutarchus, & Iuuenalis, & alij: eiusque vetustas Esaiæ verbis probari videtur, cùm filiabus Syon gentium cultu profanatis capitis ornamentum auferendū minatur. Vbi & lunularum meminit. Et quamuis nonnulli sentiāt eas in comendis crinibus vsas esse, illius tamen antiquitatis vestigium continere videtur, & quod iam proximè diximus, esse potuit.

Martialis Lunata nusquā pellis.

Plut. lib. proble.

Esaia 3.

Cap.

Cap. 13. De Romanorum signis, Aquila, Manipulo, Minotauro, Manu, Dracone, & alijs. De Lilijs Galliæ, Quinis Lusitaniæ, & Ecclesiæ Magũtinæ insignibus.

ROMANIS præstãtissimum omnium signum Aquila erat, ita vt quanuis alia simul adessent, vt inferius dicemus, hoc semper in legione cætera sequerentur. Hoc autem ex Marij institutione[a], paucis enim antè annis vnà cum alijs gestari cępit: sed Marius primas Aquilæ partes dedit, & aliarum ducem constituit. Hanc Romani à Persis desumpsere, quibus, vt diximus, erat vsui: Persæ verò à Ioue, qui Aquilæ sibi elegit insigne, vel propter auxiliũ ab illa, vt aiunt, sibi præstitum: vel propter eiusdem auspicium: vt de Hierone etiam narratur, cùm Regnum portendat. Et quoad naturæ vim, multæ huius volucris sunt proprietates, quibus regnũ, & monarchiam designet: quòd auium Regina

Aquila insigne Romanarum legionum. Pli. lib. 10. & alij.

Laetan. li. 1. c. 2.

na ſit,& domina. Quòd autem accipitri,vt dicitur,cedit, ratio eſt,ꝙ ex aquilarum, & quidem potentiorũ genere ſit. Habet præterea Aquila peculiarem in volando modum, adeò excellentem,vt cœlos pertingere videatur:& Solis radijs,ac fulgori reſiſtit,adeò vt illum firma inconniuentium oculornm acie intueatur. Et inter hanc,& illũ quędã quaſi amicitia dignoſcitur: Et eadẽ ratione neque illam cœleſtia fulmina offendunt. Quę omnia ſatis oſtẽdunt,quanta ſit & Regum, & Principum maieſtas. Cuius ratio nõ minus quàm cœleſtia reſpicit: nam in terris poſiti vices Dei gerunt quodammodo, & diuinis fungũtur muneribus,tum in adminiſtratione Iuſtitiæ, & in ſubditos exercenda clementia,tum etiam in deferẽdo virtuti, & bonis debita præmia. Quæ omnia Dei proculdubio ſunt officia. Vnde vetus poëta finxit Iouẽ in ſchola docere, vbi Reges tantũmodo dictata exciperent. Quibus aptè conuenit, Deum in huius miniſterij rationem nomen ſuũ Helo-

Ioãnes Salebrienſ. in Policra. li. 1 c. 13.

Aquilæ obtutus.

2 Paralipomenon. 19.

Vide Emblem. 10. li. 2.

Dei nomẽ.

in

in principibus cõmunicasse, velut in sacra scriptura apparet, & Diuus Chrysostomus admonuit in Psalmis. Hinc ergo licet intueri, quanti apud nos habendi sint principes, & quàm meritò dixerit Apostolus, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Sed hac de re latiùs alibi.

D. Chryso sto. in Psal. Deus Deorum locutus est.

Manipuli signum apud veteres in vsu fuisse diximus: & notissimum est sub Rege Romulo admissum, non alia de caussa, quàm quòd facile paretur ex qualibet sicca herba. Idem etiam ex fęno tauri cornibus alligatus feritatem eiusdem denotabat, vt obuios arceret, iuxta prouerbium.

Plu in Romulo Oui. 3. Fasto Pertica suspensos gestabat longa maniplos.

Minotaurus in Labyrintho, aut etiam seorsum positus, secretum in bellicis consilijs apprime necessarium designabat. Vnde etiam idē significantes Deo Conso, quē suis fauere consilijs desiderabant, vndequaque coopertum templū cōstruebant. Et sic in circis, vbi Deorum in medio structa erāt insignia post primas metas subterraneum

Consus Cōsilij Deus. Aug. 4. de Ciuit. Dei.

erat

erat altare, vt ex Tertulliano libro de ſpectaculis conſtat, quo ſingulos admonerent, quàm ſit conueniens, vt conſilia, quaſi humi depoſita, & abſcondita, ſemper occulta permaneant.

Manus.

Manum aliud eſſe ſignum diximus, vnanimem illorum cõſenſum ſignificans, qui ſub aliquo vexillo ſui ductoris imperio parent.

Draco.

Fuit & Draco aliud inſigne ſatis notum, & conſuetum: cuius originem ad Herculis hydram referũt, quam ex eius poſteris quidam ſub Turno aduerſus Aeneam pro inſignibus geſtarit. Sed alij ad Pythonis ab Apolline interempti memoriam referunt.

Iſid.li.17. Originum cap.3.

Iſidorus in Ethimologijs inter Aquilam, & Draconem pilas recẽſet: quibus Auguſtum Cæſarem ob ſibi ſubditas totius Mundi nationes vſum ſcribit: nec pila, iaculorũ genus intelligit, nam infrà globulos eſſe dicit. Cui conuenit, quòd in nonnullis numiſmatis videmus, vbi cum Romæ effigie, quod galeatum eſt caput, tres ſimul globi ponuntur:

nuntur:vt denotent Romam in totum orbem dominari, qui tunc tēporis in tres diuidebatur partes, Europam, Aſiam, & Africam. Idq; poſtmodum clariùs expreſſum eſt in quodam numiſmate, vbi tres illi orbes in trianguli formam æquidiſtantes apparent, cum inſcriptione ſingulis appoſita.

Mundi partes.

Quas flammulas vocāt, vela crediderim, quæ inſtar flammarū formata erant: vt etiam nunc in quibuſdam vexillis intuemur, quæ ad ornatum, & conſpectū tantùm eriguntur, & ab his originem trahere non dubito. Quorum poſtea plures introductæ ſunt formæ: nec in his deſignandis demoror, tanquā à re alienis.

Flāmulæ quæ.

Lupus fuit aliud ſignum, vt animal Marti dicatum. Quin & equū, quòd bellicoſus pugnā præſagiat, & dormientem equitem excitet, conueniens arbitrati ſunt, vt inter cætera ſuis vexillis deſcriberent.

Lupus, & equus.

Porcus etiam in ſigna receptus eſt, quòd fœderibus percutiendis interueniret. Nam ſuem lapideo

Liu' Dec. 1. li. 1.

gladio vulnerantes diras imprecabantur in eum, qui primus fœdus frangeret, vt ſic & ipſe caderet cæſus, lapidem longè proijciebât, eo quod amplius opus non eſſet. Et hoc erat apud illos Iouem lapidē iurare.

Feſtus Pō-peius, & alij.

Pinnæ, vt ex Vegetio apparet, inter cætera nominantur ſigna. Et ſi hæc murorum extrema, quæ dimenſis ſpatijs prominent, denotāt facile ē intelligere, quales fuerint. Et quoniam de his apud authores, aut antiquitatis monumenta, nihil relatu dignum reperimus: vnà cum illis extremus interloquendi aderit finis de his, quæ ad Romana p-tinent inſignia. Quòd ſi nos Galliæ inſignia non euocarent, de omnibus ſermonem claudere iam liceret. Sed quid tria demonſtrent lilia, oportet explicari. Eſt autē receptum, cœlitus illa data fuiſſe Clodoueo Regi, cùm primùm Chriſti fidē acceperit, & antea ternos buſones in ſignum geſtauerit. In quibus vetus error ſatis arguebatur, necnon & magnum Dei beneficiū, qui

Vegetius de re militari lib. 2. Valtu. 10. Lazius 7.

Lilia Gallorum inſignia.

Robertus Guaguin⁹ in Clod & Arbori. de regalica li. 1. Perioche 9.

qui ex cœlo illum cum ſuis eductũ ad Eccleſiæ ſuæ hortos deliciarum tranſtulit. Scripſerunt de horũ inſi gnium miraculo Guaguinus in Clo doueo, & Epiſcopus Arboricenſis.

Luſitanorum inſigne.

Luſitaniæ ſcutum fama etiã eſt habuiſſe principium, ac deſumptũ eſſe à ſimili, quod in cęlo apparuit: in quo noſtræ redẽptionis inſignia repræſentantur. Quodque certius mihi eſt compertum, hæc vnà cum belli titulo in bello de Oriue orta ſunt. Vbi Rex Alphonſus quinque Reges Mauros debellauit, qui pro mutua ipſorum coniunctione, & fœdere eadem ſcuta geſtarũt, quæ meritò in tam inſignis victoriæ tro phæum obſeruata ſunt.

Alphonſi Regis victoria.

Nullus ſane eſſet modus, nullaq́; etiam voluptas, ſi ſingula omnium inſignia deſcripta voluerimus: quã uis ex illis præſertim eſſent, quæ ab aliquo prudenti conſilio originem duxerunt, & ad moralem ſenſum reduci poſſent. Pro quibus vnum hoc Eccleſiæ Maguntinæ ſignum, quod admirabile fuerit eius principium, explicabimus. Eſt autem,

Eccleſiæ Maguntinæ inſignia.

vt pluribus in locis videre licet, Rota; quam sibi pro insignibus delegit, & quòd Vuiligisus Archiepiscopus Lignarij cuiusdam, qui rhedas seu currus fabricabat, filius, ne in superbiam deueniret, in conclaui suo rotam figurauerit, cum hac inscriptione V. VILIGISE RECOLE VNDE VENERIS. Fuit primus imperij elector, & plurimùm suæ Ecclesiæ statum ad auxit. Et cognita post mortẽ magna eius humilitate, eius Ecclesiæ primi rotam pro insignibus elegerũt: quæ & Henricus II. confirmauit, fuit hic Quartus, & trigesimus Archiepiscopus, & obijt anno 1011. sepultusque est in Diui Stephani templo, quod in eadem vrbe construxit. Fuit quidem mirabile Symbolum, & inter cætera dignissimum referri.

Democarcs de sacrificio Missæ to. 2 c. 34.

Cap.

Cap. 14. De vetusto signaculorum usu, iam à bello Troiano, & quibus Agamennon, Alcibiades, Admetus, & Epaminondas usi sunt.

HACTENUS antiquum signorum, & emblematum usum, & originē referre studuimus. Et quanuis de his satis dictum fuerat, in hunc locum distuli explicare, quae inuenio antiquissimis temporibus invsu fuisse circa ea, quae signacula diximus, vulgus autem Empresas. Quae insignes quondam Duces non sine magna elegantia, & ingenij splendore, ad demonstrandos animi sui conceptus, siue conatus maximos, sibi peculiariter delegerunt: vt in sequentibus apparebit.

Symbolorum vetustas.

Nōnulli viri eruditi vocant arcanū gestamē, Symbolum, vel Symbolicā figurā, hieroglyphicū, rei monumentum.

Euripedes in Phœnissa, vbi Thebanum bellum describit, Hippomedontem ait oculatum Clypeū gestasse: Tydeum, Leoninam pellē: Capaneum verò, gigantem, qui vrbem catena vinctam in humeros sustulerat: vt innueret, quae illi euen-

Hippomedontis, & Tydei insignia.

tura erant. Adraſtum etiam ſcribit Hydram centum habẽtem capita in ſcuto depictam delegiſſe. Eſchylus eodem de bello agens refert Polynicen hominem auratis armis indutum figuraſſe, quem Iuſtitia ducebat, cum quadam inſcriptione, ſuo idiomate, dicente, DVCAM hũc virum, & victor vrbe potietur. Tradit & aliquid de Capaneo diuerſum, aſſerens eius inſignia facẽ fuiſſe, cum his verbis, VRBEM CREMABO: quod tamen Euripedes Prometheo attribuit.

Adraſti, & Polynices ĩſignia.

Capaneus

Prometheus.

In bello Troiano nec Homerus, nec alij veteres ſcriptores, quænam tunc inſignia fuerint, meminerunt. Sed ea in vſu iam fuiſſe ex Virgilio deduci videtur: vbi Corebus ait, Mutemus clypeos, Danaumq; inſignia nobis Aptemus. Cumq; admodum hæc neceſſaria fuerint, nõnulli ea fuiſſe ſentiunt. Sed Virgilianus ille locus hoc non probat. Clypeorũ enim mutatio erat propter formæ diuerſitatem quæ autẽ inſignia fuerint, ſubitò declarat dicens, deinde comantem Androgei galeam,

Vir. 2. Ae. de inſignibus Græcorũ, & Dardanorum.

Diſcrimẽ inſignium. & habitus

galeam, clypeique inſigne decorũ induitur. In quo & clypeum à decore cõmẽdat: & coma in galea, equina erat cauda: vt ex alijs Homeri locis conſtat, & in antiquis apparet numiſmatis: à quo inter Turcas inſignũ antiquitatis nobile habitũ eſt. Nec opus erat varijs inſignibus differre, cùm ſola armorum diuerſitate diſcernerentur, atque etiam capillis. Græcos enim ocreatos vocat Homerus, à coriaceis caligis: Troianos autem comatos. Veruntamẽ apud Pauſaniam curioſa Agamennonis inſignia reperio. Ait enim in Olympiæ templo ſuſpenſum fuiſſe illius clypeum, in quo hominis caput cum huiuſmodi literis erat inciſũ. HIC TERROR EST MORTALIVM, ET QVI EVM GESTAT, AGAMEMNON. Exponit etiam & alios ibi fuiſſe clypeos, in quibus continebantur, quæ vocat emblemata. Et alio in loco Idomeneum gallum in ſcuto geſtaſſe teſtatur.

Homerus.

Pauſan. li. 5.

Agamemnonis inſigne.

Eod. lib. in fine.

Alcibiades (authore Athenæo) dum aciem duceret, ſcutũ ex ebore,

Atheneus li. 12. c. 16.

re, & auro formatū gerebat: in quo depictus erat Cupido, qui fulmen manib⁹ flectere conabatur. Cuius euidens ratio eſt, quòd ſeipſum amantem, & nobilem fateretur: ſed infirmitatem ſuā à fortitudine aduerſarij excuſabat, qui vel ipſum Iouem ſuperauerat.

Admeti Symbolum

De Admeto Græciæ Rege narratur, cùm Alceſtem ſibi vxoré peteret: ſed eam pater deſtinauerat illi, qui ſuo currui diuerſi generis feras coniugaſſet. Atque huius rei ab Apolline, & Hercule certior factus Leonem, & hyſtricen currui trahendo ſuppoſuit. Quod Diuus Fulgentius in Mithologijs ad animi, corporiſque fortitudinem refert. Atq; huius Symboli imitator Traianus in quodam ſuo numiſmate has cōiunxit feras, quas & Hercules ducebat.

Di. Fulgētius in Mithologijs.

Traiani numiſma.

Epaminondæ clypeus

Epaminondas nobiliſſimus Thebarum ciuis, quo viuente liberos Thebanos fuiſſe, dicitur, mortuo verò, in ſeruitutem redactos, in prę lio, vnde victor euaſit, vulneratus, priuſquàm illi telum educerēt, ſuū ſibi

ſibi Clypeum adduci poſtulauit, amplexatus illũ admota facie, ſuorum laborum ſocium appellabat. Hunc Dracone inſignitum Pauſanias refert, quòd ab Spartiatis, antiquiſſima Thebanorum familia deſcenderet: quàm ex Draconis dentibus à Cadmo ſeminatis ortã fuiſſe fabulantur.

Pauſanias li. 5.

Cap. 15. De regulis ad ſignaculorũ inuentionem, & proprietatem obſeruandis: quarum duæ ſuis cum exemplis apponuntur.

SEQVITVR modò de regulis ad ſignacula excogitãda agamus, vt quænam vera, & propria ſint, intelligantur: & cõfeſtim addemus in quo ab his emblemata differãt, & in quo conueniant.

Prima ergo regula erit, vt æquã inter ſe habeant corporis, & animę proportionem. Corpus autem ipſa eſt figuræ inuentio: anima verò inſcriptio, quæ cùm animi motum ſignificet,

Regula prima.

gnificet, vulgò dicitur mote, apud Hiſpanos. Sed quoniam hac in re variæ ſunt opiniones, aduertendũ eſt aliquando hanc animam, ſiue animi ſignificationem, in figura cõ ſiſtere, & inſcriptionem adiuuare: aliquando in hac ipſa, & figuræ deſeruire. Tale eſt illud, Animus abũdat, fortũa deficit. Inſcriptio enim, quicquid dicendum erat, expreſſit: nec facilè adiungi corpus poterat. Et ſic condonandum erit, ſi quale potuit, adiunctum eſt. Sunt & huiuſmodi ſentẽtiæ quædam in ſe mirabiles: ſed quibus figura conueniens adaptari nequeat, & adhuc inquiritur. Qualis illa eſt, RELICTVRO SATIS. Hanc ſibi Prælatus quidam delegerat: nec tamẽ vnquam corpus, aut figurã illi aptare, quanuis peritiores multos conſuluiſſet, inuenire poterat. Accidit tamen illi, vt annulum inſignis pretij, atque æſtimationis, quem vix digito geſtare, ſed neque alijs vidẽtibus ſpectare audebat, offerre neceſſe fuerit cuidam ex magnatibus ad cuius notitiam peruenerat, &

Vide lib. 3 Emble. 4.

Relicturo ſatis.

oſten-

ostendi postularet. Et tunc amicorum quidam admonuit, iam suæ sententiæ parem inuenisse figurã, manu ostendente annulum nõ digito appositum, sed ab alio tanquã memoriæ deseruientem inclusum. Cui conuenit inscriptio, Satis illud esse proximè relicturo. De signaculis autem, vbi figura est anima, quæcunque absq; verborum ornatu effi cta sunt, in exemplum adduci possunt: quorum plura retulimus, præter illa, quæ notissima sunt. Sunt ẽt insignia, quibus inscriptio nihil adiungit, sed comitatur tantũ. Quale est, FESTINA LENTE, in antiquo Augusti numismate: & absque illa inscriptione aliqua ex parte p̃stantius esset. Quod autem hac in prima regula de æqua animi, & corporis proportione dicitur, non solùm admonet inscriptionem adesse, vt inferiùs dicemus: sed quòd inter se conueniant, & paritatem habeant. Si enim de prophanis rebus agitur, sacræ scripturæ verba immisceri non decet. Quemadmodũ, & in ijs, quæ ad mores pertinent, aut

Plures vsi sunt Symbolicis figuris sine vlla inscriptione.

Proportio necessaria.

ſpiritualem, ac pium ſenſum, prophanam ſententiam adducere minus conuenit.

Ars pingēdi.

Hæc igitur prima erit proportio. Secunda verò, quando longior ſententia inſcribitur, vt ſi integer verſus apponatur, figura nō debet eſſe breuis. Ad hanc autem proportionem obſeruandam, picturę artis regulas obſeruari oportet: & illud in primis, ne pendere in aëre videantur, ita res colligare, vt firmas habeant ſedes. Et hoc maxime intereſt Emblematum, quæ vt plurimū cœlo, & terra, & his, quæ viſui, & ſi longiſſima apparēt, adornantur. Neque id omnino neceſſarium eſt. Conſiderantur enim tunc figuræ illæ in plano, vt figuræ Mathematicæ, vel aliàs tanquam literæ in albo papyro deſcriptæ: quas inter ſe colligare non oportet.

Obſeruatio adhibēda.

Formicæ, ſpicarumque hyeroglyphicum

Hæc quidem, de qua loquimur ꝓportione defecit in antiquo Symbolo formicæ, & ſpicarum: vbi extra natutalem menſuram formica depingitur, neq; vlla tantæ eſt magnitudinis, vt ſpicam granis cōfer-

tam

tam nedum tres valeat ore ſubſtinere: vt in dicta figura proponuntur. Eſt etiam aduertendum quemadmodum inſcriptio collocetur. Nã vbi flammæ ſubſunt, eam deſuper ſiſtere ratio non ſinit. Si enim, vt pictura demonſtrat, ſententia illa papyro, aut charta pergamea excepta foret, nuſquã ab igne illæſa ſeruaretur. Qua in re notabilis adeſſe ſolet incuria, quæ vel à ruſticis depræhendatur: vt in eo, qui maturas ſpicas, iam meſſi proximas, ſtãtes, & rectas depinxit. Nequit enim id fieri, quando iam inclinato capite falcem ad reſecandum expoſcere videntur.

Vbi ſit inſcriptio collocãda.

Altera verò Regula eſt, ne ita ſit clarum, vt quilibet intelligat: neq; ſic obſcurum, vt interprete indigeat. Primi ratio eſt in prõptu: quòd ſi facile eſt cognitu ſignaculũ, minoris eſt intuenti voluptatis: ſi verò nõnihil habeat difficultatis, quæ attentione vincitur, iucundum eſt inquirendo authoris mentẽ intellexiſſe. Cumque id non omnibus cõtingat, & inter diuerſos variæ ſint ſen-

Secunda regula,

ſententiæ, hos omnes quodammodo ingenio ſuperaſſe, naturalẽ affert iucunditatem. Sed hoc ex obſcuritate deuenire nequit. eſt enim moleſta, & grauis, neque ingenio ſatisfacit; imò conſultò in ſuppliciũ, & tormentum illius videtur factũ. Qualis eſt Virgilij locus, quem poſitum fuiſſe dicunt, vt patibulo eſſet Grammaticis. Eſt etiam differens ratio in ijs, quæ pro ſuo libito & ſenſu peculiari ordinantur inſignia. In quibus ſiquis à nullo velit intelligi, nihil refert. Sunt enim quędam inuenta, quæ verè loquuntur aut alicui perſonæ, aut omnibus. Hæc ſanè vltima ſunt, aut eſſe debent, quæ publicis ludis excogitantur. Eſſet enim ſatis impropriũ ſermonem à iudicibus, & ſpectatoribus auertere: quanuis ſingularẽ mentis conceptum author velit exprimere. Cæterùm qui & figuras sẽtentijs accommodat, claritatẽ debet attẽdere: aliàs iniucundus erit. Nec locus adeſt inquirendi, quæ voluerit exprimere, certiorq; eſſe poterit iudices, quod deterius eſt, interpre-

Vir. ecglo 3. Tres pateat Cœli ſpatiũ non amplius vlnas.

Perſpicuitas afficit iudicantes voluptate.

terpretaturos. Quando verò nō ad omnes, sed ad certam personā loquitur, tolerandum est, siquid obscurius dicatur. Quanuis impertinens, & satis ineptum esset, si ad intelligendum id, quod peculiari personæ dirigitur, opus sit longa interpretatione, & quòd literis operam dederit. Quale est illud cuiusdā iuuentum: qui perpetuas sui pectoris flammas significaturus Iunonis Lucinæ templū depinxit: in quo ignis de more semper ardebat: vt iuxta nomen luceret semper. Quidā alius idipsum faciliùs expressit in ardenti Aetna: è cuius medio amnis profluebat, cum inscriptione, SVM NILVS SVMQVE AETNA SIMVL. In quo & alterum publicauit affectum, nempe lacrymarum profluuium. Sed verè poëtarū licentia est vsus: qui fluuios ex vna in aliam partem transferre valent. Imitatus autem est Sanazarum, cuius illud est hemistichium, & satis elegans totum illud epigramma, vnde sumptum est: itaq; in re illa nihil potuit ingeniosius inueniri.

Iunonis Lucinæ tēplum.

Sum Nilus, sumq; Aetna simul restinguite flammam O lacrymæ, lacrymas ebibe flammas meas

Milij

Improbātur alia Symbola.

Milij manipuli inuicem colligati cum hac ſcriptura, SERVARI, ET SERVARE MEVM EST, quibus nobilis matrona ſui honoris ſolicita, & earum, quæ illi aſſidebant, vſa eſt, commodum ſignū erat, niſi ſolis pharmacopolis notum eſſet, neque omnibus, ſed curioſis, qui ſciant radicem ponticam, & camphoram in milio conſeruari. Exemplum autem inſignium quòd nimiū ſint clara, erit iugum cum literis, SVAVE. Quod vnuſquiſque faciliè excogitaret. Nec diſſimile admodum fuit, quod quidam Princeps effinxit in Symbolo, cuiuſdam libri ratiocinij, à quo plures flãmæ prodibant, cum hac inſcriptione, RECEDANT VETERA: ſignificans nouum deinde futurum librū. Prudenter quidem, dum veniam promittit ijs, qui illum offenderant, & mores immutare decreuerant. Sed inuentio parùm in ſe habuit ingenij. In hac autem excuſari videtur, quòd ad omnes generaliter pertineret, vt à nullo difficulter intelligeretur. Sub hac etiam regula, ad

eui-

euitandam quam dicimus obſcuritatem compræhenditur, in huiuſmodi inſignibus fabuloſas figuras minimè inſerendas: niſi fortaſſe & illæ ſint notiſſimæ: qualis hydra, & equus Pegaſus. Neque ex ignotis herbis, aut animalibus deſumi conueniret: aut aliqua ex re, quæ coloribus indigeat.

Abſint à Symbolis figuræ fabuloſæ.

Cap. 16. De tertia, quarta, & quinta regulis, quæ in ſignaculis deligendis ſunt conſideranda.

TERTIA regula eſt iucũda ſint aſpectu hęc ſignacula. Et licèt hoc ſit perquã neceſſarium, multorum tamen incuria deſpicitur. Propterea eorum, quæ dicta ſunt ratio eſt, vt res debita ꝓportione deſcribantur, atque apti, & appoſitè ſibi cohereãt, ne in aëre pendere videantur. Et vbi ſentẽtia, ſiue inſcriptio, quæ motus animi dicitur, interuenit, congruẽter, & venuſtè collocari oportet,

Tertia Regula.

Eiuſdem ratio.

Quarta

Quarta regula.

Qnarta eſt, ne in his humana figura apponatur. Neq; intereſt, tot ſeniorum, & iuniorũ Symbola ſpectari, in quibus regula hæc obſeruata non eſt, etiam ab his, qui eã alijs obſeruandam tradiderunt. Siquidem negari nequit præſtantius eſſe, quòd humana effigies in eiſdem minimè intercederet. Et ſic pauciſſima ſunt inter antiquos: & hæc nõ ſine cauſſa, aut diſpenſatione infrà dicenda, vt tantæ improprietatis non incuſetur.

Cur humana figura Symbola non deceat.

Quod verò ad rationem pertinet, ne in his figura vlla hominis incidatur, dici ſolet, tales imagines rerum eſſe debere nõ admodum frequentium, ſed quæ raró appareant. At figura humana vbiq; locorum obuia eſt: ideo minus cõueniens, niſi habitu aliquo extraordinario induatur, aut aliàs non eadem, quæ ſemper eſt tunc intereſſe videatur. Verùm aliam huius regulæ cauſſam aſſignare ſolitus ſum.

Opinio authoris.

Quòd quemadmodum tenuis litera tenuem ſcripturam conficit, magnam tamen rationem, conceptũque complectitur: pariter quod figuris

guris exprimitur, quasi breuibus literis, multæ significationis esse debet. Sic Scarabæus in quorundam militum parmis virilem conatum denotabat. Nã sicut inter hæc animalcula, nulla est fœmina: sic nullũ inter eos formidolosum esse, sed omnes fortes, & imperterritos esse viros asserebant. Cumque hominis figura sit quidem per se magna, nihil habet, quod significet, præter ipsum hominem. Cumque totius Mũdi figura magna etiam sit, in se cõuenientior, quàm hominis, qui & paruus dicitur Mundus, esse poterit. Res enim ad famam, & ingeniũ spectantes pretio, & existimatione Mundo ante ferri possunt. Hoc autem de his, quæ veræ virtutis sunt, intelligitur, in qua animus, & ingenium versantur, & hoc nomine decorata honorem vera fama comparatum obtinent. Ex quibus agnosci tur improprietas eius, qui acetosã herbam sub homine illam pede cõtundente in signum delegit, cum hac sententia, VIRESCIT VVLNERE VIRTVS. Aiunt enim hãc herbam

Scarabæ⁹ virilis conatus Symbolum.

Hominis & Mũdi collatio.

Improbatur quoddã signum

herbam calcatam virescere. Notatur autem defectus, quòd ob solã contusionem hominis figura sistat: quod inuenustum, & iusulsum est proculdubio, cùm nil aliud faciat: & satis erat calceum herbæ imponere. Nam & in veteri lapide hieroglyphicis notis exarato, de quo in opere de literarum origine, & principio locuti sumus, vbi de Aegyptijs tractamus. Vna tantum calcei solea ad contusionis Symbolum posita est. Quin & in scriptura diuina per calceamentum possessio intelligitur, dicente Dauid. In Idumeam extendam calceamentũ meum. Recteque conuenit sententia consulti dicentis, quòd possessio dicta est, quasi pedum positio Cùm verò in Symbolo, de quo agimus, integram hominis figurã conspicimus, omnem in se considerationem trahit, ita vt vix sub pede ipsa herba appareat: nec vllus talẽ esse acetosam facilè cognoscat, neque etiam apud communes herbariæ facultatis authores huius proprietatis memoria repiatur. Aliud signum

Ps. 59.

Labeo. & est l. 1. D. de acquir. possess.

Aliud Symbolum deficiens.

ſignum fuit ſimile ferreo inſtrumẽto deſcribentis in lapide verba hæc SCRIBIT IN MARMORE LAESVS. In quo nil amplius figura cõtinet, quàm inſcriptio. Ipſa autem effigies quoad ſimilitudinẽ oppreſſum ſignificat, quod potuit aliquo modo admitti in hoc. Nam ſi inuẽtor ſeipſum depingeret, licèt aliq̃d ſibi adiungeret, quod ſimul etiam ſignificaret, eſſet idem, quod velle aliquem in ſcenam prodire, nõ aſſumpta perſona, & omnibus apparere; quod ineptiſſimũ haberetur. Sed ſub perſona alicuius etiam cogniti, aut communis figuræ, vt militis, ſiue paſtoris, publicè in theatrũ aſcendere licet, & couueniens eſt. Et hac ratione, quanuis in ſe figurã hominis habeat numiſma illud, probatũ eſt, quòd alias multis de cauſſis commendatur, cùm inuentionẽ habeat, & maieſtatem: illud, inquã, quod percuſſum eſt, cum Philippi Regis noſtri effigie, anno quinquageſimo ſexto, cùm Carolus V. Imperator Glorioſæ memoriæ regnis ſe abdicauit. In cuius inuerſa parte

Admirabile Philippi Regis Symbolum.

I Hercu-

Partes humanæ imaginis non admittuntur in figuram.

Hercules Mundum ſubſtinẽs ſculptus erat, cum inſcriptione, VT REQVIESCAT ATLAS. Quòd ſi integri hominis effigies recuſatur, vel tantæ non eſt proprietatis, multò magis reijciendæ ſunt partes, (quanuis hæc etiam vſurpata videamus) vt brachia, pedes manus. Quæ ſi per ſe cernuntur, viuæ perſonæ actionem demonſtrare nequeunt: quãquam interim hac de cauſſa admotis nubibus depingi ſolet, quaſi eiuſdem reliquis contegatur.

Veritatis ſignum.

Multoque minus apponendum eſt abſciſſum caput, nihil enim viui præſeferret, niſi in diſco, cùm Diui Ioãnis caput amputatũ ſignificamus: in quo veritatis Symbolum apparet.

Quinta regula.

Quinta Regula eſt, vt inſignem ſententiam habeat inſcriptam; vt ſit vndique perfectum: quanquam verum ſit fieri ſolitum tam ab antiquis, quàm à recentioribus, ſolis rerum imaginibus, quæ veræ ſunt literæ. Quòd non ſemper conueniens inſcriptio inueniatur, licèt quibuſdam facilè videatur. Sunt enim & in

in ipsis inscriptionibus regulæ obseruandæ: quarum prima est breuitas, vnde & breues appellari solēt. Desumi etiam consueuit aliquis dimidiatus versus: præstantiorq; erit, si fuerit cognitus. Possunt deinde inscriptiones fieri quacunque lingua voluerit inuentor. Secūda regula erit, vt ex se aliquid dicat: ne sit idem cum figura, quale est, vt admonuimus, Festine lente. Est prætereà attendendum integrum animi consilium declaret inscriptio. Ob id enim & motus, & anima dicitur. Quòd si partem figura, partē verò literæ declarauerint, non erit ab re imò, vt multis placet, rectius. In ludis publicis edi solent insignia vbi propositum, siue intentū vno, vel duobus versibus aperitur. Quale fuit apud nostros intentum illud Dæmonis flammis ambusti, cū his MAS PENADO, Y MAS PERDIDO, Y MENOS ARREPENTIDO, idest magis anxius, & magis deperditus, & minus pœnitētia ductus. Aliud ex vasculis perforatis in rota ad hauriendam aquā,

Prima inscriptionis conditio.

Secunda.

Tertia.

Dæmoniaca inuētio.

Inuentio honesta & curiosa.

quorum aliqua plena ſunt, aliqua verò inania, ſcriptum habent. LOS LLENOS DE MALES MIOS DE ESPERANCZA LOS VAZIOS: Quod eſt, plena malis, vacua ſpe. Tribus verſibus fuit inſcriptum inſigne cuiuſdam, qui adamatam puellam duxerat vxorem. Et deinde in quodam haſtiludio Cupidinem geſtauit depictũ, altera manu ſuper iugum, & altera ſuper ſagittarum manipulum tenentem: & in baſi, cui inſidebat, Hiſpano ſermone, TANTO MONTA. Quod latinè ſonat, tantùm valet. deinde appoſiti verſus, DESPVES QVE ME ATASTE AL YVGO DE TVS FLECHAS NO ME ESPANTO AMOR, PERO MONTA TANTO. Hoc eſt, vbi me iugo vinxiſti tuas, Amor ſagittas non refermido. Sed tantùm valet. Vtebantur aliàs inſignibus huiuſmodi in tapetibus, qualia vidi cuiuſdam equitis, tunc forſan ſub aduerſa fortuna laborantis. Diſſeminauit enim in campo plures laqueatas coſtulas, quibus aues capiuntur,

Inſcriptio ubi aliàs vſurpata.

tur, vulgò apud nos Loncijeras: & in extremis vndequaque ſcriptum erat, TODAS ESTAS ONCIGERAS, QVE VEYS POR A QVI SEMBRADAS SV CAZAR ES HADAS MALAS, i. Quas vides hic coſtas laqueatas, nonniſi mala fata capiunt. Plura ſunt huiuſmodi, quæ poſſumus adducere, ſed prædicta ſufficiant. Vt verò tandem concludamus, ſi inſcriptio cõtineatur ſemiuerſu latina, aut vernacula lingua, non parũ habet leporis. Quidam ex Hiſpanis proceribus ſtellam polarem geſtat cũ his literis, BVENA GVIA. hoc eſt, felici ſidere. Hoc ſibi elegit Symbolum, qui ex familia magnatum ortus, nec diues admodũ, ſed ſibi illo tempore ſufficiens breui nouam conſtituit domum, atq; eam, prout ſperauerat, ampliſſimã. Alia principum familia mundũ geſtat, & hãc inſcriptionem, TODO ES POCO. Totum eſt parum. Quod Catholicè conſideratum, vt proculdubio inuentor ſenſit, his cõuenit, qui Deo frui deſiderãt, qui-

Symbolum cuiuſdam principis.

Chriſtianum geſtamen.

bus inanis est Mundus: nec quicquam in se habet, quod illum moueat ad rem minùs honestam perpetrandam, Et licèt illi omnia feliciter contingant, & sublimiorẽ obtineat locum, non dubitabit, quin omnia vacua, & inania sint, quoad veram voluptatem, & animi satisfactionem quæ in beatitudine inuenitur. Neque enim pertingunt mẽtem, cuius vacuum nõnisi Deo adimpleri valet. Vno versu insignis ille Hispaniæ antistes mirabiliter mentem suam explicuit: Qui cùm à silice cognomen habuerit, in stẽma sibi illum adsumpsit, cum Iesu nomine flammis hinc inde circundatum: & in ora scuti ferrea illa instrumenta quibus ignis excutitur, quæ nos dicimus slabon. Inscriptio autem hæc erat, ESLABON ME ES TODA COSA. Ferrũ ignem excudens mihi omnis res est.

Mens solo Deo expletur.

Hieroglyphicum cuiusdam antistitis.

Quicunque enim diuino
amore fuerit affe-
ctus, ex rebus
omnibus
maioris sibi affectus occa-
sionem sumit.

Cap. 17. De ſexta regula, & reliquis vſque ad vndecimã in Symbolis heroicis obſeruandis.

SEXTA Regula: quã equidẽ in primis obſeruandam cenſeo, hæc eſt: vt propoſitũ ſiue mentis conceptus aptus ſit, & bonus. Niſi enim talis fuerit, neceſſario malum, & indecens futurum erit, quicquid iniquè cogitatum, aut dictum fuerit. Quòd ſi in publicis, & feſtiuis ludis amantium inuentiones, & dicteria permittuntur, id non alia ratione fieri potuit, quàm quòd honeſte amare iudicentur. Et qui abutũtur licentia, & talia ſcriptis referũt quę nobiliorũ, & optimorum aures offendant, verè digni ſunt repræhẽſione: ſed maiori reuera iudices, ſi talia in communem omnium iniutiam permiſerint. Nec contẽti eſſe debent, qui ſignum aliquod geſtãt, quòd ſuæ intentioni conueniat, ſi & ſimul aliquid interneniat, quod bonum non ſit. Et hanc ob rẽ fuit

Regula ſexta, & ea præcipua.

Punienda licentia.

pessimum illud Symbolum, quod ex incude, & malleo fuit excogitatum: quod tanto Principe diximus indignum. Nam & si sufferre conuenit, optimumque sit, non tamen vltionem appetere: multoque minùs illam publice interminari. Iustam enim vindictam sibi relinqui Deus iussit. Et quidem potenti, quanuis iustitiam administrare desideret, difficile ĩ caussa propria erit, rectè iudicare. Sic etiã approbare possumus militis animũ, qui clarum sibi nomen assequi affectabat, non tamen inuentum, ex Dianæ templo, quod Erostratus, vt nominaretur, combussit. Non enim bonam famam à mala discreuit: cũ illa vera sit fama, hæc autem infamia. In alio cuiusdam nobilis heroinæ signo papilionum significatio erat, quòd eius igne comburendi essent, quicunque propius accederent. Sed in hoc licet virtutis firmitatem ostenderet, è diuerso tamen plurimùm elationis, & vanitatis pręseferebat.

Deute. 32. Ad Roma, 12.

Inuctum vanum.

Oportet etiam superstitiones, quæ

quæ credi possunt, euitare: quãuis in fabulis veteribusque figmentis fundari possit inuentio. Hæc enim, tanquam manifesta sic nocere non possunt. Hac ratione minus proba tur inuentum illud gerentis fulmẽ cum inscriptione, AVT EXPIA BIT, AVT OBRVET. Et hoc ex eis quæ Iulius obsequens in libro de prodigijs, ait: quòd fulmen post labores deueniens illorum finem portenderet, & in statu felici ruinã & necem.

Symbola ne sunto superstitiosa.

Alphonso Aragoniæ Regi expansus liber in Symbolum fuit. Quod si verum est fuisse institutũ ad explicandam libertatem, qua nitebatur vti cælibem vitam acturus; pessimum quidem fuit. Non enim cõueniens erat tale consilium sibi assumere Regem, cuius Regni status in legitima successione, quam sperabat, fulciebatur, maxime inter Christianos Principes, esset enim peruersæ illorum opinioni assentiri, qui nuptias condemnabant. Sed verius arbitror, cùm ipse Alphõsus in plurium scientiarum cognitione versatus

Excusatur Symbolum Alphonsi Aragoniæ Regis.

Alphõsus sapiẽs quales Reges esse debẽt.

verſatus fuerit in libro ſuo aperto, & coronato non aliud ſignificaſſe, quàm felicem populi ſortem, quē princeps ſapiens, & diſciplinarum amator gubernat: iuxta celebrem Platonis ſententiam dicentis, tunc feliciſſimam eſſe Rempubl. ſi in ea aut Philoſophi regnent, aut Reges Philoſophentur.

Digna Platone ſententia.

Ferdinandi Aragonij Symbolum nō admittitur.

Ferdinandus Alphonſi, 2. Aragoniæ Regis filius aliud ſibi fabricauit inſigne, quod in propoſito defecit, & in figura impoſſibili. Adamātum enim montem depinxit: qui adeò formati producebātur, quaſi iam expoliti artificiosè fuiſſent. Inſcriptio autem erat, Naturæ, non artis opus. Cumque veritatem, & ſynceritatem naturam appellaret, & artem figmenta, oſtendere volebat virtutes ſuas, non fictas, aut artificioſas eſſe, ſed veras. Et quia hæc ſuſpicio in illum minimè caderet, proculdubio debuit omitti, p̄cipuè ob prauum ſenſum, qui latere poterat, (quanuis nec hoc q dem illum feciſſe credendum eſt) ſi aliàs interpretemur à natura ipſa

virtutes

virtutes illi fuisse datas, neque à se acquisitas. Licèt enim ad virtutem propensio sæpenumero, quasi hæreditario iure, simul cum obligatione proueniat, vt per se satis notum est, & alijs in locis tractamus: nihil proderit in eo, qui sibi prospiciens ex sua ipsius solertia, & industria virtutem assequi nondum studuerit.

Regula septima. Ne quid aliò detorqueatur.

Septima est Regula: Quòd præter intenti, aut propositi bonitatẽ, bona etiam sint, quæ ad illud exprimendum eligũtur: & talia quæ neque in figura, neque in inscriptione detorqueri in prauum sensum valeant. Sunt autem huiusmodi cõplura insignia hac labe infecta. Qđ verò accidere solet post euentus, quos euitare nullus poterat, vt qui nec timendi, aut sperandi erant: assumptas notas diuersè interpretari nihil refert: quãuis in his rebus quodammodo oporteat diuinare, aut præsagire. Sic cuidam Gallico Duci contigit, qui stateram pro signaculo gerebat, cum hac sententia. HOC FAC, ET VIVES. Du-

Carpitur Gallici Ducis Symbolum.

bios

bios autem esse omnibus belli euẽtus ignorare non debuit: & ab aduersario, deuicto fuit obiectũ non iusta propositi sui sententiã fecisse. Neque enim in statera suas vires appenderat, exploraturus an cum illo congredi posset. Quòd si aliquid in se continuisset Symbolũ vel æstimationis, aut iactantiæ, se milies mortem subiturũ, quàm hosti cederet: excusandus quidẽ esset, si in bello infausto in manus hostium venit, cùm iam defensio esset inutilis, & absq; ratione velle mortẽ deprecari, aut extorquere. Sed qui in locum eorum, quæ animum ad ardua incendere valent, sermones, aut figuras eligit, quasi ab hypocrita aliquo edoctas, repræhensionis notam euitare non poterat.

Octaua cõuenientia.

Octaua. Ad maiorem omnium prædictorum conuenientiam, qualis est proportio, iucũdus aspectus, claritas, & quòd facilè in diuersam sententiam torqueri non valeat, necesse est, vt pauciores contineat figuras: idque iure. Nam si vnus est mentis conceptus, vnica figura demonstrari,

De figurarum multitudine.

monstrari, magis est proprium. Et quoniam vna quandoque totam rei seriem explicare nequit, duas interuenire permittitur, nec plures. Nam si pluribus impleatur, difficilem reddunt eiusdem rei significationem, præsertim in ludis publicis. Hoc autem intelligi oportet, quando imagines æquè repræsentant. Etenim velut in Comica Scena, licèt duæ, vel etiam tres personæ interloquuntur; quarta verò interesse debet, tanquam muta persona, vt aiunt. Quod & quidā poëta admonuit. Nec quarta loqui p-sona laboret. Quod hic de tertia est dicendum. Adhuc etiam intelligendum, parui referre plures esse figuras rerum, quādo multa in vnā referuntur: velut in trophæo. Totū enim, ac si vna esset figura, alloquitur. Præterea, quando constat vnā esse principalem figuram, quæ loquitur, cæteræ verò eam respiciūt, & exornant: rectè se habent, naturam quidem imitantes: apud quā tale quidpiam videtur. Vt in oculo de cuius partibus Galenus, vn[illegible] (inquit)

Horat. in art. poet.

Quomodo plures figuræ possūt admitti.

Galenus li. 1. de vsu par[illegible]um.

quit)agit, cæteræ verò coadiuuāt. Illud etiam expéditur, quòd si plures figuræ eiusdem sint generis, p vna habentur. In omnibus autem prædictis de hominum figuris non agimus. Nam plures vna ineptæ essent: & hæc totius signi medium, & dominium tenere debet. Quæ verò aliusmodi forent, non signacula vt docebimus, sed emblemata censenda sunt.

Nona regula quòd ad futura pertineat.

Nona regula. Quod his insignibus repræsentatur, rei futuræ debet esse. Præteriti enim memoria tantùm est, & recordatio: nihil ad signacula pertinet. Et sic ex veteribus numismatis pauca intelligūtur esse vera Symbola, & insignia, quæ ex Senatusconsulto ad gratificandum, & adulandum suis principibus fieri solebant, & similibus figuris eorum facta explicabantur. Atque ita, quæ iubente Senatu fiebāt, his notis S. C. i. Senatus consensu excudebantur, quasi illud Populus Romanus expostulauerit, & Senatus consensum præbuerit. Et quia interdum a rebus præteritis futura possu-

Declarantur notæ numysmatum.

poſſumus explicare, vel aliorũ calumnijs reſpõdere, poſſunt & à præteritis hæc inſignium genera deſumi, aſſignata euentus ratione in honoris defenſionem, vel augmentum. Et tunc potius inter inſignia, quàm inter Symbola commemoranda ſunt.

Regula decima Symbolum propriũ debeat eſſe.

Decima regula ſit. Quicunq; ſibi aliquod ſignaculũ deligit, quod proprium futurum ſit: diligẽter inſpiciat, ne alienum dici queat. Cuius rei aperta eſt ratio. Qui enim ſolerter mentis ſuę conceptũ cupit aperire, aliena inuentione vtẽdo, nullam ingenij aciem oſtendet, cũ ſibi propriam debuiſſet inquirere. Sunt præterea cõceptus, qui in inſignibus exprimuntur: nec decet ita eſſe faciles, vt omnibus ſint cõmunes. Qui que alienum ſignaculũ gerit, non diſſimilis eſt ab eo, qui iam cognitus eſt, quid dicturus ſit, & cuius ſententiæ, & longi ſermones faſtidio ſunt. Præterea negari non poteſt eſſe quoddam proprietatis genus in his inſignibus, ſiue Symbolis, quemadmodum eſt in

Inſignia alienæ familiæ non geſtanda.

gen-

gentilicijs,quæ vulgò arma dicuntur. In quibus receptum est neminem gestare posse diuersæ familiæ insignia, ea scilicet, quæ propria sunt alicui familiæ, strenuis in bello gestis comparata, & acquisita à maioribus, & ab Imperatore, seu Principe Imperatorem superiorẽ non agnoscente confirmata. Quando verò peruetusta sunt, hæc confirmatio ex diuturno tempore præsumitur.

De insignibus ergo, quanuis pro his gentilicijs gestentur, idem est, quod de Symbolis priuatis iudicãdum. Nam ex vrbanitate nullus insignia alterius, vel quas diuisas vocãt, gestare debet. Quòd si hæc sigillo deseruiant, vt plerunq; solet, multò fortiùs ab his, tanquam alienis abstinendum est. Permittitur autem, primò si iam excesserit e vita, qui prius illo sigillo fuerat vsus, quòd quisque sibi tanquam derelictum vsurpare poterit, quanuis parùm honoris retinenti proueniat. Videtur enim ingenij paupertati tribuendum aliena mendicar[e]: & dein[de]

Quando liceat alienis vti insignibus.

deinde quaſi iam cognitus in requiſitis ad conficienda hæc Symbola defectus eſt, quòd nihil habeat rari, imò & iam notiſſimum ſit. Habet etiam ſecundò locum alienis vti: quando vel figura, vel ſentētia in aliquo mutarentur. Hoc enim iam facit incognitum, & diſſimulatum: imò & in ſe illud venuſtatis habet, vt quodammodo illudat non attentè intuentibus, dum credunt eſſe idem, quod ſibi notum erat, & falluntur. Fax, quæ ſua cera nutritur, & ſplendorem concipit inclinata, mirè ſignificat humilitatis effectum, & maius in perſecutione virtutis augmentum. Quando enim videtur eſſe depreſſior, tunc ad magis refulgendum ſibi vires aſſumit. Quicunque autem hoc in vno ex noſtris Emblematis intuetur, nihil aliud attendens, vetus eſſe cogitat inuentū illius, qui omnino depreſſam, & in eadem cera extinctā geſtabat facem, cum inſcriptione, QVAE ME ALIT, ME EXTINGVIT. Quod tantum à noſtro diſtat, quantum ab ipſa vir-

Alter locus.

Facis inclinatæ Symbolū.

Lib.2. Embl.2.

 tute

tute vitium, & leuitas, quanuis in aulis permissa. Et est inscriptio diuersa, cùm dicimus, VIRES INCLINATA RESVMO. Neque eadẽ facis positio, vt superius descripsimus.

Vires inclinata resumo, idẽ quod in literarum compendio V.I.R.

Cap. 18. De tribus rebus, quibus Emblemata, & signacula conueniunt, & octo, quibus differunt.

SVPEREST modò, vt agamus, in quibus Emblemata cum signaculis conueniãt: vt exactiùs obseruãdæ illorum regulæ cognoscantur. Tres autem sunt præcipuè.

Conueniẽtia 1.

Prima conuenientia est, quòd & ipsa Emblemata significatiuis figuris constant: & cùm mutæ quodam modo sint personæ, nutibus loquũtur: aut saltem eorum inuentor in ipsis loquitur.

Secunda.

Altera verò, quod Emblemata solis figuris effici possunt, vt solet in plurimis: vel figuris, & literis, q̃ alicuius sententiæ vicem gerant.

Hoc

Hoc autem, quòd Emblema quò magis proprietatem ſignaculi obſeruat, vt equidem ſentio, & quilibet iudicare poterit, eò erit præſtantius.

Tertia.

Tertia, quòd Emblemata prodeſſe valent, vt aliquem rei propriȩ ſenſum aperiant: vt quæ ingratitudinem, aut inuidiam & cætera id genus exprobrarent: quanuis non ſine diſſimulatione, & iuxta modũ, quem infrà dicemus, eſſe debent.

Differẽtia prima.

Differentiæ verò ſunt plures. Prima quidem, quòd in ſignaculis nihil otioſum eſſe oportet: at in Emblematis non omnia ſignificãt, ſed plura ad ornatum, & ſocietatẽ adiũguntur. Eſt etiam neceſſariũ, quòd ſemper vt in quadratis, quas dicimus, vel tabellis, ſigniſue pẽſilibus pinguntur, quæ ſaltem terra, & cœlo exornantur: vnde & arbores, & plantas, & longè diſtantium ſimilitudines habere poſſunt: ita tamen vt principale ab acceſſorio, & ornatu diſtinguatur.

Differẽtia ſecunda.

Secunda eſt, quòd licèt emblemata verbis etiam ornari poſſunt,

ad ſolam figuræ declarationẽ tantùm admittuntur. Quod non mediocre eſt in Symbolis vitium: in quibus vt rectè cuncta apponãtur, figura propoſiti partem, litera verò reliquam debet explicare. Qua in re ſi quod ſcribitur, poteſt accõmodari, vt ſit cõgrua ſentẽtia, quæ motus ſcilicet animi dicitur, nihil refert ex emblemate ſignaculum, ſiue Symbolum fiat. Hac enim ratione præſtantius erit: nec propterea, dummodo id, quod agitur, ſit morale, & cunctis prodeſſe poſſit, emblema eſſe deſinit: vt inferiùs dicetur. Sed vbi ſcriptum non eſt ſententiæ iam dictæ aptum iuxta ea, quæ in his requiſita ſunt, inſcritionis, & tituli vicem ſubibit: quanuis intra figuræ ſpatium collocetur: Nam extra nihil eſt, quod impediat: imò expediens eſſet titulũ apponere, quaſi argumentum, ac ſi diceremus; ADVERSVS INGRATITVDINEM. IN PRAVOS IVDICES. VIRTVTIS PRAEMIVM. ANIMI VIRES. In quorum vicem quæcunque inſcriptio

Sententia quid.

Nota de inſcriptione.

Titulorũ exempla.

ſcriptio

ſcriptio apponi poterit, quæ figuram comitetur, & eius ſignificationi proſit.

Tertia. Quòd Emblema humanam figuram poterit complecti citra ſcrupulum, qui ſubeſt in ſignaculis. Vnam item, & multas cuiuſcunque formæ imagines: dummodo expoſitioni, & exemplo, quod ea in pictura admouendum eſt, accommodentur. Et figuræ inter ſe diſtinctæ ſint, ne inuicem implicentur.

Differētia tertia.

Humana figura conditiones.

Quarta, quòd in emblemate fabuloſis figuris, incognitis animalibus, & admirabilibus proprietatibus, quæ paucis innoteſcant, ad libitū vti poſſumus. Cuius ratio eſt quod in emblemate ſimul ponuntur figura, & declaratio, quod non licet in ſignaculo ſola figura contento. Et quanuis inſcriptionē etiā contineat, multum adhuc intelligēdum ſupereſt. In emblemate tantū primò ſchema depingitur, poſthæc proprietas in litera, quam ſimul cū figura, vt in noſtris, ad plenius explicandum conceptum ponimus.

Differētia quarta.

In emblemate collocantur figura, et declaratio.

Atque hoc modo non eſt, cur inco gnitas figuras vitemus, vt in ſignaculis. Et quantùm ad proprietatẽ in his, quæ extra ordinem, aut communem notitiam dicuntur per ſimilitudinem, ſatis eſt rei conuenire: neque omnino neceſſe eſt ei veram eſſe, iuxta regulam, quę de exẽplis traditur: in quibus non requiritur, vt vulgò dici ſolet, veritas. Tametſi hæc interſe differunt, quòd alia narrantur, vt hiſtoriæ: & hæc oportet eſſe vera. Alia verò, vt Apologi, & parabolæ. Et ita diſtingui ſolent, quæ adducuntur in euãgelica narratione. Nam ſi in eis nomen exprimitur, vera eſt hiſtoria: vt de Lazaro, & diuite auaro, quẽ aliqui dicũt fuiſſe Nabalẽ Carmelũ, alij Nineuſim. Si verò nominib⁹ carent, tm̃ parabolæ vocantur: quæ tũc in vſu erãt tanq̃ auditoribus cõuenientia, attentè ſiquidẽ audiuntur, & firmiter memoria retinẽtur.

Ex cõmentatore 2. de Anima t. 157.

Luc. 16.

Ex traditione Hebræorum.

Differẽtia quinta.

Quinta differentia, quòd Symbolum, vt prædictum eſt, futura debet reſpicere, nec ſuperiorum temporum hiſtorias afferre. Emblema

verò

verò huic Regulæ nõ ſubiacet: imò frequentiùs eorum, quæ præterierunt, ſumit exemplum: quibus ad conſiderandos rerum euentus, & futura contingentia, vnumquéque certiorem facere conatur.

De temporum ſignificatu.

Sexta eſt. Quòd ſignaculum peculiari ſemper conſilio ſtatuitur: emblema verõ, vt Regula generalis debet omnes admonere: neque difficile eſt Symbolum in emblema tranſire, ſi ſententia Regulæ accommodari poteſt, vt aliquid recti conſilij in morali diſciplina impertire poſſit.

Differẽtia ſexta.

Symbolũ in emblema tranſire.

Septima eſt, quòd ad emblema nihil pertinet, ſuum ne ſit, an alienum, neque attenditur aliud, præter diſciplinam. Quod ſiquis emblemata componeret, quorum inuentio prorſus fieret aliena, dedecori illi daretur: ea tamen comprobarentur, ſi rectè fuerint inſtituta. Fiunt etiam ptopria aliquo adiecto diſcrimine, vt de Symbolis dictum eſt. Quòd ſi tantùm fuerint traducta, ſua laude carere nõ poſſunt: modò traductio, illa cum le

Differentia ſeptima.

Inuentio non debet eſſe aliena

pore, & certitudine fiat. Neq; eſt exigua imitationis gratia, vbi cùm aliquid ſit proprij, optimum quodque imitandum eligitur. Sunt huiuſmodi inter noſtra nónulla, quorum inuentio aliena eſt: vna tantũ propter multam eius difficultatem conſultò traducta eſt, quòd ab alijs non æquè tranſlata fuerit, & hæc ſeorſum annotabuntur vnà cũ locis, quos imitamur: & aliqui, qui propter curioſitatem citantur, & in tractatu, ne lõgior creſceret oratio, omiſſa ſunt, ſuis quodq; numeris aptabuntur.

Imitatio uenuſta eſt ſi fuerit appoſita.

Differẽtia octaua.

Octaua tandem differẽtia, quòd emblemata nullas admittunt nugas. Seriò enim inuenta ſunt, vt veritatẽ doceant, & deceptiones tollant. In Symbolis autem datur locus, vt plurima ſint iocoſa, in quibus oportet regulam facetiæ obſeruare. Si enim aliquid, quod aliàs non liceret, cum lepore ſerio dicatur, facetia eſt: Si autem idem per imperitiam dicitur, ignorantia eſt, & ſtultitia. Huiuſmodi excogitari ſolent quædam ſignacula. Quæ ſi ſecun-

Venuſtum & inuenuſtũ in quo differunt.

ſecundum omnem inuentoris mẽtem, & integrum iudicium excogitata ſunt, nec tamen rectè, mera reſtant ſomnia & ludibria: atque eadem ſeriò, nec ignoranter expoſita comprobantur maximè, neque ſatis laudantur. De quo ſatis erit referre, quod amicus quondã noſter non imprudens ſignaculo ſuo publicè demonſtrauit in quodam haſtiludio. Hic tunc temporis ſui iuris erat, & nondum matrimonij iugum ſubierat: inſeruiebat autẽ, vt dicitur cuidam nobili fœminæ, quæ deſiderabat illum conſortem habere: at iuuenis recuſabat, quòd illa longè maioris eſſet ætatis. At requiſitus, vt mentem aperiret ſuã Symbolum quoddã exquirere promiſit regulis aptiſſimum: ita vt dimidium conceptus figura exprimeret, & dimidium litera, ſiue ſententia, & ſic quoddam vimineum vas elegit, quod quia cannis cõfici ſolet, apud nos dicitur Canaſta, additis etiam literis, VVESA MERCED: quò vulgariter ipſam alloquens cannam eſſe, & peruetuſtam fate-

Symbolorum qualitas.

Prudens & lepida inuentio.

fatebatur. Mihi quidem adeò placuit inuentum hoc, vt iudicem in hoc vase includi posse, quæ aliàs referuntur, diadematis, maluæ, & anserini Symbola. Nulla enim illarũ, cum hac conferri poterãt, præcipuè ex his, quæ superiùs diximus, seriò enim hoc esse excogitatum in ludũ non dubito: at reliqua velut exquisita, & ingeniosi hominis inuẽta fuisse habita. Nec miror illudi illas antiquas nostras, vbi non dissimiles etiam reperiuntur, & narrare poterant. Ars autem eorum, quę simpliciter sine arte dicuntur, siue excogitantur, quæ in se leporẽ cõtinet, in æquiuocatione vocũ consistit: quarũ apud nos ingẽs ẽ copia. Et quoniam ad rem nostram optimè facit, vt de Aegyptiorum literis, quæ sua erãt hieroglyphica agamus, illa sub breui compẽdio perstrinximus: eruntque huius primæ partis fini adiungenda. In quibus ea solùm referuntur, quæ sunt Aegyptia, vt discernantur ab illis, quæ postea ad illorum imitationem excogitata sunt a Græcis, & Latinis.

Aequiuocatio interdũ caussa leporis.

Hieroglyphica multæ sunt vtilitatis.

Cuncta

Cuncta enim ingenium in se habẽt & prodesse possunt. At ne liber iste qui introductorius ad emblemata est, in ipsorum iniuriam lõgius protrahatur, breuiores in reliquo esse studebimus: quanuis tale sit præsẽs rerum argumentum, vt exactiore tractatu merito delectaret.

Cap. 19. De Hieroglyphicis Aegyptiorum, & quomodo Osirim, Isidem, Apim, Ochum, Anubim, Horum significarint.

AEGYPTII (vt docet Eusebius) sub nomine Enephvniuersi creatorẽ adorabant, quem propter humanam naturam sub hominis figura depingebant: cæruleis indutũ vestibus, propter cœlos: habentẽ sceptrum in manu, ad imperiũ, & dominium demonstrandum: in altera verò cingulum, ob rerum omnium inter se vinculum, quo singula sese adinuicem colligantur. Cuius caput plumis erat ornatum, ob sublimem

Eusebius de præparatione euangelica lib. 3. c. 3.

Orbis conditorẽ quomodo pinxissent Aegyptÿ.

mem volatum, quò & visus, & intellectus noster minimè pertingat. Deum præterea in oculi figura denotarunt, mundi lucem, & claritatem esse considerantes: cuius visui omnia nuda sunt, & aperta. Qua ratione eundem per accipitrẽ intelligebant: quòd hoc animal acutissimi sit visus, & præpetis volatus, vt idem Eusebius tradit, vbi Zoroastrem refert dicentem, Deum accipitris caput habere. Pariter & per Aquilam eundem figurarunt, propter visus acumen, necnon & huius auis fœcũditatem, quę plurima est. Crocodilus aperto ore eundẽ Deũ denotabat: sic enim in illo apparet, quòd lingua careat. Dicebat enim Deũ in silentio habitare perpetuo. Vnde Pythagoras suis in Symbolis silentium commẽdabat, vt Deum imitaremur: simulque innuebat taciturnitatem illam qua Deus mirabilia operatur: quæ laudare, & magnificare nullus vnquã sermo potest. Idcirco Regius Propheta secundum septuaginta interpretum literam admirabilẽ dixit:

Dei Hieroglyphica.

Zoroaster.

Pli. li. 8. c. 79. vnum hoc animal terrestre lingua caret.

Tibi

Tibi ſilentium laus. Hoc amplius pictus eſt Deus ſub ſideris figura. Nam à ſtellis cœlorum motus eſt agnitus: & à motu in Dei primi motoris cognitionem deuentum eſt.

Pſ. 64. Te decet hymnus ſep. Tibi ſilentiũ laus.

Nunc de Aegyptiorum Dijs vt particulariter agamus, ita ſanè eſt, quòd plures apud eos culti fuerũt, ſed non omnes eiſdem in locis, prę ter Oſirim: vt author eſt Herodotus. Hunc per ſceptrum in vertice oculatum depingebant, gubernatoris rectitudinem, & vigilantiam denotantes. Potuit autem eſſe deſumptũ ex eo, quòd Propheta Hieremias virgam vigilantem vidiſſe teſtatur. Neque quicquam obſtat tẽpus: non enim omnes Aegyptiorum notæ eodem ſunt tempore excogitatæ. Hanc virgam vt ait Macrobius, reciſis ramis pingebãt: poſtremiſq; omiſſis ducebatur in circulum oculi ſpeciem exprimẽtem. Et aliàs, quod tamen idem eſt, ſuper ſceptrum circularis figura apponebatur. Per Oſiridem autem intelligebant ipſum Solẽ Iouis oculum

Herodot. li. 2.

Hiere. c. 1.

Macrob. lib. 1. Saturna. ca. 21.

Per Oſiridem Solẽ intelligebant.

lum vocatum:nomen ab Os,deducentes, quod apud eos multum sonat,& Iris oculus. Et quoniam eius absentia hiberno tempore segetes crescunt, & Augusto propinquãte resecantur, Osirim profectum ab Aegypto, & deinde reuersum finxere. Quam absentiam,& regressũ per figuram habentem partem capitis rasam, partem verò comatã descripserunt. Xenophõ in Aequiuocis,(vt subscribit Annius)tradit, cùm regnasset in Aegypto, in Italiam traiecisse,vbi decem commoratus est annos, & gigantes debellauit: totoque illo tẽpore nec barbam,nec capillos totondit. Quanuis autem, vt diximus, generaliter Deum per oculum exprimebant, qui sceptro super impositus Osiridem reddebat: pariter quem retulimus accipitrem, Dei Symbolum erat,& peculiariter eiusdem Osiridis. Qua de caussa hæc volucris, vt Diodorus est testis, multæ illis erat venerationi, propter beneficij memoriam, quod per illam accepisse fatebantur. A longè enim apportasse

Xenophon in Aequiuocis.

Diodorus vbi suprà.

tasse

tasse fertur librum miniatis descriptum literis: vnde & ritus, & cæremonias didicerunt. Et ideo sacrarum rerũ scriptores apud illos purpureos pileos cum singulis accipitrum alis gestarunt. Plura Osiridis nomina fuere vt ex Homero, Eumolpo, & Orpheo probat Eusebi⁹, præterquę & alia sunt nomina, quæ iuniores commemorant: & nos infrà nonnulla referemus.

Eusebius dicto loco.

Isis soror, & coniux Osiridis fuit leges Aegyptijs tulit, quibus permissum est, quod iuregentium minimè licebat. Cui, vt Diodorus enarrat, triumphalis columna erecta est in eius honorem, & iuxta ea, quæ ibi dicebantur, messium inuentio ascripta est. Vnde Herodotus eandem esse Cererem fatetur, quã muliebri figura vitulæ cornua habente, qualia & Io dederũt, adornabant. Ratio autem est, quòd sicut Osiridem Solis appellatione vocarunt, ita & Isidem, Lunæ. Sunt etiam, qui Iunonem appellent, vt eius fratrem Osirim Iouem. atque ea de caussa sororis, & vxoris sibi titulos

Isis.

Diodorus li.2.ca.8.

Herodot⁹ li.2.

Vir. 1. æn. Iouisq; & soror, & coniux.

Plutarchus de Iside. titulos vendicauit. Plutarchus peculiare de illa volumen edidit: vbi fabula de quinque filijs Rheæ, & Saturni narratur, quam hic referri nō expedit.

Di. Augu. lib. 18. de Ciuit. Dei c. 5. *Exodi 32.* Apis, vt docuit Augustinus, erat maximus Aegyptiorum Deus. Et re quidē vera ita est: nā sub vituli figura eum colebant: quem imitari volentes Israëlitæ in Idololatriam lapsi sunt, ab illis, vt iam diximus, edocti. Cùm verò eius effigiem sub humana forma sculpebant: mensuram capite gerebat, & dextra triceps monstrum dracone præcinctū comprimebat: læua verò virgulam dimensoriam gestabat. Hunc nonnulli opinati sunt Iosephum fuisse: *Genes. 38.* propter dimensionem, qua illis, in graui suæ necessitatis tempore satisfecit, & à communi fame liberauit. Triceps autem monstrum tria tempora, præteritum, præsens, & futurum significare dicūt: quæ omnia vir prudens, & sapiens præoculis habere, & diligenter debet expēdere. *Vir prudens & sapiens.* Nam ab exacti temporis experimento, & à præsentis commoditate,

ditate, in posterum prospiciēdum est, Mensoria verò virgula documē to est, quanti sit emolumenti, men sura cuncta, & tanquam circino dimetiri. Crediderunt nonnulli Aegypti Regē fuisse, qui pari casu eosdem à simili necessitate liberauerit: ob idque ab Aegyptijs veneratus. Sed vt plurimùm Osiridis esse simulacrum creditur, atque eundē esse Serapidem, qui primùm dictus est Apis. Hic cùm regnaret apud Argiuos fratri Achaiæ regnū relinquēs in Aegyptum se recepit. Vbi, vt tradit Clemens Alexandrinus in stromatis, ex Aristippi authoritate Memphim condidit. Et quoniam aliqui eius conditorem Vchoreum volunt: conciliantur, quòd Apis eā vrbem fundauerit, Vchoreus autē auxerit, & muris cinxerit Augustinus in prædicto loco Apin Argiuorum Regem fuisse docet: quem vita functum Serapim vocarunt. Assignantque M. Varro, & Nymphodorus nominis rationem; quòd Soros arcam significat, qua cadauer includitur. vnde & locus, quo ille

Osiris idē qui Apis, et Serapis

Clemens Alexādrinus lib. 1. stromatū.

Serapis vnde dictus.

conditus eſt, Soros Apis eſt dictus: atque inde Sorapis, & mox Serapis nomen acceſſit. Dici etiam poteſt Serapin à Siparis mutatis literis eſſe dictum: quemadmodum Euſebius in libro de temporum hiſtoria ſcriptum reliquit, vbi de Secore Aegyptiorum Rege loquitur, & Siparis patrem teſtatur, qui poſt mortem, vt Deus cultus, Serapis appellatus eſt. Vnde patet idē nomē eſſe Sirapis, & Siparis: niſi quòd locum mediæ literæ tranſmutant, & ſic factus eſt Serapis. Quod ſi verū eſt, Argiuus eſſe nequit. Licèt autē parui noſtra referat, proderit apud authores intelligere, quinam ſint, quando eos nominant: idemq; eſſe Serapidem, & Oſiridem, vt apparet in his, quæ referuntur de illorū ſtatuis, quæ ſimul effingebantur: & ſimul cum illis ſilentium, admonēs, vt omnes tacerent: neque vllus exprimeret, quid illi fuerint. Quod & à Varrone in prædicto loco refertur: vbi ſcribit, lege cautū eſſe, mortiſque pœnam minatos, ſiquis eos homines fuiſſe affirmaret, vt, deleta,

Euſebius in Chroni.

Sirapis, et Siparis, idem.

Ex Varrone Di. Augu. lib. 18. de Ciuitate Dei

ta, quod mortales fuerint, memoria, pro Dijs venerarentur.

Ochus Persarum Rex in Aegyptios crudelissimus fuit vt qui illorum Apim obtruncarit, & suis dederit comedendum socijs. Quam ob rem illum per gladium figurarunt, cum fasciola illa, quam olim Reges pro insigni ferebant.

De Ocho Rege, vide Aelianum de varia historia.

Anubis fuit quidam alius Aegyptiorum Deus: quem sub humana forma, canino verò capite colebãt. Statuebantque illi in altera manu caduceum, in altera palmam. Itaq; idem esse creditur, qui inter Græcos Mercurius. Canino autem capite figuratur, propter huius animalis sagacitatem nonnulli sentiunt. Quidam verò, quod Canis Isidis, & Osiris cadauera custodierit: cuius æque proprium est exanimes homines custodire, quemadmodum, & viuos comitari. Et quia etiam dicitur hunc Anubin Osiridi in Italia comitem se præbuisse, & ad propellendos vincendosque gigantes adiuuisse: & ideo propter auxiliũ, & comitatum, necnon propter eiusdem

De Anubi de Diodorus, Eusebius, et Augustinus vbi suprà.

Canum natura.

dem ſagacitatem ſub Canis effigie expreſſum eſſe. Quocunque tamen modo plures illum Oſiridis filium eſſe volunt: cuius certior veritas nobis negocium non faceſſet. Ceterũ ex prædictis operæpretium eſt cognoſcere, quãtùm decepti fuerint, qui ſuæ Religionis primordia ab his ineptijs auſpicati ſunt: quantúque verè Rex, & Propheta Dauid Deum alloquẽs his verbis dicebat, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua.

Veterum præſtigia.

Pſ. 118.

Horus Aegyptiorum Deus Oſiride fuit antiquior: cui apparuiſſe, & complura tradidiſſe dicunt. Eum cum ſceptro in dextera depingũt, & elatum: quòd apud ipſos Solis Symbolum haberetur, qui velociſſimo circitu Mundum peragit, plurimumque poteſtatis habet: præſertim cùm cauſſa ſit, & principiũ ad omnes generationes concurrens. Ad quod innuendum quoddam ei ſignum apponebant, quod velo operiebatur.

Suidas in dictionario, & alij.

Ariſt. Sol, et homo generant hominem.

Cap.

Cap 20. De Sole, eiusque motibus, de Luna, Cœlo, & terra habitabili.

SOLEM, vt docet Eusebius, sub adolescentis imagine figurabant, facie rotunda, & in naui quam Crocodilus vehebat. Per nauem, Solis rotam; per Crocodilum vero pluuiam notabant, cuius caussam Soli tribuunt. Iamblicus huius rei mentionem faciens ait posuisse Aegyptios Solem in naui, vt gubernatorem, quoniam prima sit naturalis caussa in rebus omnibus, & quæcunque sunt in Mundo, moderetur.

Eusebi⁹ de Præpara. Euangelica li. 3. c. 3

Varia Solis Symbola.

Eundem sub accipitris forma intelligebant, quòd velocissimus sit, et fœcundissimus: quodque trigesimo quoque die cum fœmina, vt Sol cum Luna coëat. Praterea eundẽ per Phœnicem auem denotabant: quòd vnus sit in Mundo, atq; vnus, & Solus: vnde apud Latinos nomẽ habuit.

Iupiter.

Solem quoque arcuata palma,

Phœnix.

quæ Solis radios imitatur significa bant, & inter olera raphano cõpa- ratur, propter ardorem, & soliditatem, quam in se habet: & quia diuisus circularem figuram radijs vallatam ostendit.

Scarabæus. Per pilulas, quibus scarabæi educuntur, quas auersis pedibus volutant, Solis motum significabãt, qui in suo orbe, primo mobili contrarius prouoluitur.

Lotos arbor. Solis ortum per loton arborem significatũ voluere: cuius folia noctu contracta Sole Oriente pandũtur. Quanuis autem cursus etiã integer designari posset, quem imitatur: ortus tamen præcipua habita est ratio, ad quẽ reliqua, vt ad principium referuntur. Et hoc authore Proclo, Magi de hac arbore obseruarunt: ideoque Soli dicatam voluere.

Peoclus de mysteriјs.

Oculi Crocodili. Aliter hunc eundem in oculis Crocodili intellexerunt: quòd ita exertos habeat, vt vnusquisque per se Sol e terra emergens videatur. Est & alia horum in nascendo conformitas. Sol enim è terra exurgere

Arist. li. 6. historiæ anim.

re

re videtur, & nasci dicitur: sic Crocodilus è terra, & ipse exoritur. Mater enim ex aquis egressa oua in terra recondit quæ illos producũt: & sic è terra oriuntur.

Aelianus lib. 10. c. 25.

Solis occasum per Crocodilũ humi iacentẽ, ita vt vẽter terræ adhæreat designãt. Sic enim iacere solet, vbi gradum sistit, eo, quòd tenuissimam ea in parte habeat cutem & damnũ ab hostibus timeat, Delphinis scilicet, & alijs. Ratio verò, quòd Solis occasum denotet, ex superioribus patet. Qui enim ortus à terra Solis ortum significauit, idẽ super terram extensus occasum demonstrabit Solis, quasi in ipsa terra depositus lateat.

Pli. libr. 7. c. 25.

Cynocephalus sedens æquinoctium Solis monebat. Illo enim tẽpore hóc animal suo mugit vlulatis: emittitque singulis duodecim diei horis lotium, & totidem noctis. Cuius rei Cicero meminit in Rhetoricis vbi agit, quãdiu sit orãdum: asseritq; Trimegistum hoc animal imitatum diei horas diuisisse. Quod autem sedeat, iuxta Iambli

Horus Apollo & alij.

 cum,

Iamblic⁹ de mysterijs.

cum, quies denotatur: & ſimul lucta, quæ inter diē, & noctē reliquis anni temporibus, cū ſuperatur, aut ſuperat quilibet eorum, verſatur, tunc verò ceſſat: & quieſcere inter ſe videntur.

Solſtitij hieroglyphicum.

Solſtitium duo pedes ſimul iuncti ſignificabant, iuxta vulgatā literā codicis græci apud Horū Apollinem: quam editiones tam latina, quàm vulgaris ſequuntur. Legunt enim Diopedas. Sed alia litera habet diopolypodes, hoc eſt, polypodes duo. Et quocunque modo res ſe habeat, Solem ſtare ſignificat, quaſi impeditum, atque detentū, vt videtur. Sed re vera non ita eſt. Sol enim gradum non ſiſtit vnquā: ſed quia non progreditur, viſus eſt ſtare: Ideo pedes æquales finguntur, tanquam ſtantis. Si verò polypodes eſſe depingendos dicamus, implicitos oportet pingi: nam ſic, quanuis plures habeat pedes, nequeunt moueri.

Literæ diuerſitas apud Horū Apollinē.

Solſtitium dicitur quaſi Solis ſtatio.

Lunam per Cynocephalum intelligebant, qui illa non apparente latet: ſed denuo apparēti, quaſi

gra-

gratuletur, aſſurgit, felis oculis Lunæ mutationem notabiliter imitãtur, quanuis in plurimis oculis aliquid in interiori pupilla mutationis inſpectetur, vnde à nobis Luna appellatur. Sed, vt dicimus, notabilis ẽ diuerſitas in felibus quos Græci æluros vocant. Dicitur etiam horum fœmina primo partu ſingulos edere, altero verò binos. tertio ternos, & ſubĩde ſuo ordine ſeptenos: qui numeri ſimul iuncti octo, & viginti perficiunt: totque diebus, vt patet, ſuum Luna curſum peragrat. Alter Luna per cæpam indicabatur, propter eius albedinem, & orbium diuerſitatem, necnõ propter humiditatem, qua cæteris plantis, humidiſq; rebus eſt contraria. Luna enim creſcente, cæpa minus habet humoris: Vnde Lunæ alimentum eſſe dicebant. Notum etiã eſt ob huiuſmodi ſimilitudinem diuinos illi honores tribuiſſe: & ſic à quodam poëta dictũ, Felices, quorum ſibi Dij naſcuntur in hortis.

Aulus Gellius li. 20. c. 7.

Calcagninus de rebus Aegyptiacis.

Iuuenalis

Cœlum in globo cum Solis, & Lunæ ſimulacris figurabant. Necnon

Cor igni resistit. non & in corde craticulæ imposito ob perpetuitatem, & proprietatē, qua cor igni resistit.

Solis et terræ Symbola. Duo simulacra radijs superne, & inferne circunuoluta, Solis & terræ Symbola fuerunt. Sol enim radios suos in terram mittit: terra verò eius virtute sursum germinans fructus producit: præter exhalationes, & vapores, quos mittit: ex quibus nubes gignuntur, & quicquid in illis operatur natura.

Terræ diuisio. Habitabilem terram in duas, & sexaginta partes, vel præcipuas regiones diuisam per Cynocephalū significabant: quem narrāt per singula membra interire. *Cynocephali interitus.* Et Sacerdotes eius custodes hoc aduertentes præmortuam carnem cædentes humi operiebant: singulisque diebus idem faciebant: donec sexagesimosecundo, eo prorsus extincto, quod reliquum erat sepeliretur.

Cap. 21. De Mundi machina, & eodem Dei pleno: de tempore, eiusque partibus.

ANGVIS in orbem circunuolutus Mundi machinam significat. Nam in se voluitur, ex sese alitur, & in se resoluitur: & omnia, etiam à se producta simul cum tempore consumit.

Mūdi machina.

Mundum Deo plenum in Loto arbore expresserunt, in cuius medio infans assidebat. Hoc Proclus ad Porphyrium scribens edocuit. Et ratio ex eodē colligitur, quòd hæc arbor aquis gaudeat: aqua verò, vt Aegyptij sensere, generationis est principium. Puer autem in medio arboris Deum significat, qui nullo tempore senescit. Omnes, sicut vestimentum, veterascent (inquit Dauid:) tu autem domine, idē ipse es: & anni tui non deficient. Sedes autem ipsius permanentiā, & assistentiam demonstrat. Nihil enim eum deturbat, aut mouet.

Proclus

Psal. 101.

Per

Per Scarabæum, Mundũ, eiusq́ motus intellexere, ab ordine, quẽ informandis ex equino fimo pilulis obseruat. In quo Appion Grãmaticus ostentare voluit se curiosum esse, sed à multis contemnitur: quòd Solis motus, & effectus per huius animalculi proprietates declarare voluerit.

Appion Grammaticus.

In eodem Scarabæo simul cum accipitre Mundum significabãt, in superioris, & inferioris hemisphærij partes diuisũ. In quo ẽt Minerũã, & Vulcanũ intellectos voluere: hũc quidẽ in Scarabæo, cuius genꝰ fœminã nescit: illãverò ꝑ accipitrẽ, quæ auis absque viro concipit. Et eadẽ ratiòne, artẽ, & ingeniũ denotare possunt, quæ ex se cõcipere, & ingentes producere valẽt effectus.

Aelianus li.10.c.18.

In eodem accipitre natura denotata est ex prædicta proprietate, quòd masculo nõ indigeat. Credebant enim Aegyptij hanc voluerem è vento concipere: quod Physici non admittunt. Credendumq́; est, simile esse ijs, q̃ Græci de equis Hispaniæ finxere, è vento generari,

Aegyptiorũ opinio non admissa a Physicis.

Equæ Hispanicæ.

ri,quòd velocissimi sint:

Aspis astrum designat ob perpe tuitatem,quòd non senescat,quod que sine pedibus moueatur. *Astrum.*

Stella Fatum denotabat apud eos, qui omnia in Mundo stellarũ influentiæ subdita esse crediderãt, & terrestria à cœlestibus,tanquam superioribus gubernari. Quod ex parte verum est: non imponendo rebus,etiam naturalibus,necessitatem:quæ facilè immutãtur:& multò minus in ijs, quæ ad hominẽ pertinent,quem inclinare quidem cœlorum constellationes possunt, cogere verò nequaquam. *Fatum.* *Humani arbitrij libertas.*

In basilisco caudam deuorante tempus denotarunt:intra cuius circulum Deorum imagines figurabant,immortales illos ostendẽtes. Hoc enim animal æternum credebant: vnde & Deorum capitibus imponebatur, vt in eis æternitatẽ significaret. *Tempus.*

Temporis ætatem, & cursum in Sole,&Luna exponebant;quòd ea sidera tempus regulariter dimetiantur. *Temporis cursus.*

Per

Isis. Per Isidis figuram annum intelligebant: & eandem in canicula, quam in illius honorem venerabãtur. Ea enim apparente, pluuiæ insurgebant, Nili crementum adiuuãtes. Cuius etiam exortus erat illis principium anni, qui ex nostris quatuor solaribus constabat.

Palma anni Symbolum. Palma annum referebat. Nã, vt Horus memoriæ prodidit, singulis mensibus ramũ emittit: vnde duodecim in palma ramis integrũ annum denotabant. Huic accedat, quod nonnulli asserunt, palmã tricentas sexaginta proprietates habere, quibus prodesse solet. Annũ

Annusquomodo per accipitrẽ significaretur. præterea in accipitre expressere: quem dies quinq; in conceptu cõsumere ventis expositum opinantur: & deinde centum, ac viginti diebus vterum gestare, totidemq; pullis educendis consumere: à partu verò quatuor mensibus quiescere. Vnde tricentorum, & sexaginta quinque dierum numerus expletur.

Passeris hieroglyphicæ vita. Passer etiam annum signabat, quòd salacissimus sit, & inconti-

nens:

nens: ideò vitæ annum non excedit.

Mensis.

Mensis ex prædicta iam ratione per palmæ ramum depingebatur: atque etiam per cornua Lunæ versus terram inflexa. Sic enim, dum apparet, illa demonstrat: & dũ crescit, eriguntur.

Nox, & dies per pauonẽ figurata.

Pauo expansis caudæ pẽnis, quibus signa illa demonstrat, quæ oculorum speciem præseferunt, noctis est similitudo, quæ stellas referat. Idem collectis pennis diem ostendit: eius enim accessu stellæ, quæ noctu splenduerant, clauduntur.

Quare suillis carnib⁹ abstinuerint.

Sus tenebras significauit, vt nõnullorum est opinio. Sentientes autem, quòd tenebræ lucem præcesserint, ea religione à suillis carnibus abstinuerunt.

Cynocephalus æquinoctij signum.

A Cynocephalo diximus diuisas diei horas in duodecim partes æquales. Nam sub æquinoctio per singulas horas latrat, & lotiũ emittit: nec tamen horas significat, sed æquinoctium. Notũ tamẽ est apud Aegyptios diei mensuras, idest horas significare Hyppopotamum.

Hyppopotamus horas denotabat etq uare.

Cuius rei certa ratio nõ redditur. Verùm crederem, quòd quemadmodum hoc animal totum diem, in terris versatur, noctem verò in aquis: sic in qualibet Mundi parte horæ diei, & noctis sunt æquales. Quanuis enim dies sint inæquales, computatis totius anni horis, non sunt plures diurnæ, quàm nocturnæ.

Cap. 22. De Aegypto, & Nilo, & alijs Symbolis.

Aegyptus per cor adustum intellecta.

COR flammis impositum Aegyptiã terrã significat. Et præter superiùs dictas rationes ea est, quòd maximè omnium calida sit, & humida. Sic enim, & cor humidum, & calidum esse dicitur.

Philostratus in vita Apollonij.

Nilum, vt diximus, & ex Philostrato constat, figurarunt per grande simulacrum, recubans, pueris circundatum, partim coronas ei nectentibus, partim fistulis breuibus sonantibus, sexdecim numero, ꝙ

totidem

totidem cubitis Nilus crescere debeat, vt totos illius terræ agros irrigare posset: quòd si vel vnus deficiat, nō exigua pars sterilis permaneat. Depingebant aliter Nilū, tribus vrnis suffarcinatum. Nā si vna quenlibet fluuium denotabat: tres iuncti ob numeri ternarij perfectionem huius fluminis magnitudinē denotabant.

Nili Symbola.

Nili inundationem Leonis capite figurabant: Nam, vt dictum est, Sole Leonis signū ingresso, fluuius pleniori alueo decurrere incipiebat. Et hinc introductum, vt fontibus Leonum simulacra apponeētur. Erat & Aquila Nili Symbolum monstrans præpeti volatu fluminis illius velocitatem.

Inundatio Nili.

Cur Leones fontibus apponantur.

Per linguam, & cor Nili augmētum interpretabātur, lingua enim semper humida est: & sic aquā denotat: cor autem, vt diximus Aegyptus est.

Nili incrementum.

Per fumum ignem significabāt. Nihil enim illi propinquius, quàm fumus, semper enim à fumo principium sumit, donec flammas susci-

Fumus index ignis.

Fumus quid. piat. Vnde rectè dictum est ignem esse fumum inflammatum : in quibus malorum initia fugienda esse admonemur: quæ exordio quidem parua, maiora in progressu, velut ignis, incrementa suscipiunt.

Anima. Animam accipitris nomine intelligebant, apud quos bayeth, vocatur. *Bayeth apud Aegyptios quid.* Bay, namque animam illis sonat: & eth, cor. Et sicut hęc ales suo volatu, nunc in altissima fertur, nūc terræ viciniora petere non indignatur: ita anima interdum ad subliniorum interpretationem rapitur & interdum ad infima terræ considerandа deprimitur.

Animæ separatæ Symbolū. Per lucidam stellam, præter cætera, animam à corpore separatam innuebant. Nam re vera seiuncta à corporea nube, in qua delitescit, & obscuratur, admirabilis ex se est, & pura, velut stella, quæ nulla elemētari fæce polluitur, quamobrē antiquus Heraclitus animam scintillā quandam stellarum esse dicebat. *Anima quid apud Heraclitū*

Ratio & sensus opposita. Elephantem magni sensus animal, & immundum suem, auersos depingebant denotantes mentem

& ani-

& animalem sensum nunquã conuenire.

In accipitre adhuc visum acutissimum designabant, in quo cæteras excedit volucres, prospiciens à longè, quæ sui nutrimento conducunt, ad eaque magno impetu rectà descendit.

Videndi acumen.

Accerrimum auditum capra figurauit, multò enim eo sensu præstare dicitur, atque halitum etiam auribus percipere, quanuis hoc Aristoteli non sit certum.

Capra. Li. 1. Ani. c. 11.

Audiendi, & obtemperandi virtutem per bubulam auriculam figurandam duxere. Nihil enim boue obædientius, nec acutioris, vt creditur auditus.

Bubulæ auricula.

Nonnulli sunt in dicẽdo effusiores, & à primorib⁹ certiores factos vulgò se iactãt: nec, præter illa, quę re vera audierint, proloquuntur. Admoniti hi sunt in mustella depicta, qnæ ore dicta est parere, quæ aure conceperat.

Mustellæ conceptus.

Negat Aristo. li. 3. c. 6

Cornicem vitæ Symbolum volunt: quòd diuturnæ sit vitæ, vt norunt omnes. Vitam etiam per lu-

Vitæ Symbola cornix & lucerna.

cernam ſignificarunt, quæ ardet, quandiu oleum alimentum illi miniſtrat. Sic enim & hominis vita tandiu permanet, quandiu calor naturalis inuenit in humido radicali dicto, vnde nutrimentum habeat.

Vitæ, & mortis Symbola. Ariſt. lib. 6. anima. c.20.

Vitam longæuam per ceruũ intellexerunt, cuius longiſſimam vitam non ignoramus: mortem verò buboni volucri nocturnæ aſſimilatã voluere: cuius occentus plurimùm & ineptus, & moleſtus eſt omnibus audientibus.

Cauda Crocodili.

Mortis tenebras in Crocodili cauda annotarunt, qua ingentes ſuas recondit vires, & capta animalia interimit.

Solaris æſtus.

Extinctus febre quam ſolis æſtus cauſſatus fuerit in Scarabæo, traiectis tenui aculeo luminibus, expreſſerunt, quòd hoc animal facillimè Solis radijs occæcatur, breuique perit.

Pli. lib. 20. c. 13. Mittit florem

Humana imbecillitas maxima cum proprietate, & ſimilitudine in cardui genere, quod Græci Scolymon appellant, denotata eſt. Cuius

ius flos purpureus adeò tenuis est, vt leui distrahatur aura. Et hinc ortum habuit apud nos nimium deli catos, scolymados dici.

purpureũ abeuntem cum aura.

Infirmum, qui nondum pedibus sistere valet, sed deinde conualescit, in rana significabant, cui tardius enascuntur pedes.

Ranæ pedes.

Dimidia rana absque pedibus adhærens terræ opus imperfectum denotat. Formatur enim rana, præsertim in ea regione ita vt primùm caput, & anterior pars viua appareat: deinde pedes oriantur, vnde seriùs illi enasci pedes dictum est.

Rænæ dimidium.

Qui demonstrata à superis in somnis vel per oracula, medicina sanatur, sub columbæ specie lauri ramum gerentis ostenditur. Hanc enim natura docuit his folijs suos morbos expellere.

Plin. lib. 8. cap. 23.

Qui amissum sensum recuperauit arũdineis tibijs significabatur: quemadmodum olim fieri consueuit. Quòd eis scilicet vacuis immissa cicuta cera delinita, vt effingi solent, velut spiritus, & anima introducitur. Et præterea iuxta Pytha-

Musicæ Hieroglyphicum.

Pythag. de Musica. goræ doctrinam potis est Musica infirmum talem, qui suæ mentis cõpos non fuerit, sanitati restituere.

Amantes quasi amẽtes. Amantes, quasi amentes dictos esse recte excogitatum est. Quando autem hac ægritudine laborantes mutuo se amore prosequũtur, duabus accensis facibus in medio colligatis explicabant. Quòd si ponerentur inter se extinctæ, eosdem etiam extinctos figurabant.

Cap 23. De Sacerdotibus, & eorũ scholis, & aliis rebus, inter quas de Musis, & vana poesi.

Cynocephalus latinè caniceps. IN Cynocephalo Sacerdos intelligebatur. Fertur enim hoc animal pisces nõ comedere: sed nec panem quidem ex piscibus de gentis more confectum. Pariter enim & Sacerdotibus piscibus, eorumque ferculis vesci non licebat.

Sacerdotũ schola. Sacerdotum scholam Cicadæ figura exprimebant. Cùm enim sit volucrũ perexigua, & oris expers,

plu-

plurimum, nec ſine numeris modulatur. Ita enim & illi ſuis in ſcholis, abſque ſyllabis, mutis ſignis, quaſi ſine ore colloquebantur.

Literæ. Literas papyro, cribro, & ſepia, figurabant. Hæc atramentũ gignit, quod effundit, vt piſcatorũ manus effugiat. Plini[9] iuutile chartis hoc atramentum ait: ſatis tamen erit ad illud ſignificandum. Iũcus pennam ſignificat, ſiue arundinẽ, quæ olim ſcribentibus in vſu erat. Cribrum verò, ſeu Vannus dicit nutrimentum. Quibus omnibus innuebant, quan i habendæ ſint literæ, quæ verè ſunt animæ alimentum, & rei publicæ conſeruatio. In his ẽt admonebant eos, qui non haberẽt vnde viuerent, minimè diſciplinis vacare vellent, quæ liberum animũ & omne ſibi tempus exigunt, abſque eius rei cura, & ſolicitudine, quæ ſingulos exagitat quærentes victui neceſſaria.

Plinius de ſepia.

Perſius Sat. 1. Nigra quòd infuſa vaneſcat ſepia lympha.

Studentiũ conditiones.

Doctrinæ, & inſtitutionis effectus. Inſtitutionem, & diſciplinã cœleſti rore denotabant, qui in exculta terra herbas germinat, & plantas, fructuſque producit: in monti-

bus autem, & laxis, quales inuenit, relinquit. Nec secus aptis, docilibusque ingenijs doctrina proficit: rudibus verò minime, sed solùm temporis iacturam caussatur.

Vide Quintil. lib. 1.

Mathematicus.

Mathematicum in Oryge intelligebant, quod caprearum in Syluis genus est. Per illum enim Aegyptij Caniculæ exortum particulari signo demonstratum notabāt. Vnde anni principium auspicati sunt.

Musicæ hieroglyphicum.

Musam, seu Musicam ex Horo Apolline septem literis in coniunctos manus digitos distributis figurabant. Quæ literæ, authore Plutarcho, vocales erant. Sunt autem septem: nam e, & o, geminantur, sono tantum acuto, vel graui distinctæ. Erant præterea septem, quòd totidem sint vocum discrimina, vel qualitates: acuta, grauis, circunflexa, densa, tenuis, lōga, & breuis. Vnde & omnium moderationem ad septem tonorum diuersitatem adduxere.

Septē vocū discrimina.

Aelianus li. 1. c. 82.

Senem Musicum in Cycni imagine figurabant: qui, vt aiunt, propinquus morti suauius cātat. Hunc

in Apollinis tutela fuisse fingunt, & eius ante conuersionē fuisse famulum.

Viri probi uerba.

Boni viri verba in corde à collo suspenso figurabant. Is enim quòd habet in corde, ore manifestat: neque, vt improbi solent, circũuenit: qui cordis arcana abscondunt, & quæ intus cogitant, verbis persuadere conantur.

Improborum doli.

Poesis uana.

Vanam poësim, qualis heroum est, & amorum, per id tempus etiã vsurpatam, polypodis capite designarunt. Quod cùm gustui suaue sit, grauia tamen caussatur insomnia, & multam inquietitudinem afert.

Excellentia.

Excellentiam Aquila demõstrabit, quòd ipsa forma, & nobilitate cæteras aues præcellat.

Mars, & Venus.

Duæ Aquilæ mas, & fœmina, Martem, Veneremque denotabant: quòd Aquila nimiũ mari sub dita esse dicatur.

Cap. 24. De Rege, eiusque rebus: de potentia damnosa, de populo, deque multorum protectione, & defensione.

Regis Symbola.

REX per Elephantem significabatur, propter eius magnitudinem: & quòd Elephãtum grex natu maiorem sequatur, & obediat. Regem verò, quem subditorũ miseriæ non mouerent: & qui suis tãtùm rebus incumberet, per Aquilam volantem solam declarabant. Nunquam enim alijs se auibus associat: alta sẽper volando petit, & in arduis, ac præruptis rupibus habitans niduatur: nec ei curæ reliquæ aues inferiores, & subditæ videntur esse.

Aquila volat sola.

Elephantes, quem fugiunt.

Aelianus lib. 16. ca. 36.

Mendaces adeò Regum auribus noxij censentur, vt non solùm sit ab illis cauendum, sed etiam fugẽdum. In cuius significationem elephantem depingebant fugientem à sue: vt & de more solet, & in ea pugna visum est, vbi Pyrrhus victus succubuit: & in eo, quod Megaræ

euenit,

euenit,vt Aelianus narrat.

Ceruus ab Ariete fugere dicitur. Et sic iuxta Horum simili figura Regis imprudentiam, qui sine caussa in bello fugeret, notarunt. Multis quidem nasci Reges contigit: sed veros esse Reges, & necessarijs tanto muneri partibus fungi eorũ est, quos Deus adhoc elegit.

Rex ĩprudens.

Perniciosam potentiã per Aquilæ pennas intelligebant: quibus si aliarum alitum pennæ adiũguntur consumi solent.

Aelianus lib 9.c.2.

Populum legibus astrictum, & obnoxiũ,in apio, & apiastro significabant: quibus si aluei liniuntur, apes grata illius voluptate captæ non discedunt.

Pli. lib.30 cap.12.

Quanuis autem diximus elephãtes maximo natu,tanquã Duci suo obædire: in quo simul cum molis magnitudine Regis erat Symbolũ. Quia tamen hoc neque adeò frequens, neque omnibus cognitum est;mirabile subiectionis,& obædientiæ in apibus exemplum inuenerunt. Solæ enim ex omnibus animalibus plurimùm Reipublicæ formã imi-

Est nobis text. in c. In apibus 7.quæstio. 1.ex Diuo Hieronymo.

imitantur: notumque est suum habere Regem, quem agnoscunt, & obseruant.

Depopulatio.

Origano, & formicis alicuius populi cladem, vel depopulationem intelligebant. Nam si herba hęc formicarum cauernis admouetur, cõtinuò demigrare coguntur.

Lactã. & aliÿ. Ori. 4. contra Celsum Diu. Ambro. de Resurrectione.

Restaurationem cuiuscunque rei per Phœnicem auem monstrabant: cuius innouationis forma nũtiatur, prout Aegyptij tradidere: quanuis nonnulli figmentum existiment. Origenes ea de re dubitauit: Ambrosius autem ex antiqua traditione, & scripturarum authoritate, de quà infrà dicemus, verum esse affirmat.

Horus Apolo.

Defensionem, protectionemq; Horus testatur significasse duos vultus, alterum viri foras, alterum verò fœminæ intro respicientium. Crediderant enim, qui huiusmodi figuras secum gestaret, ab immundis spiritibus obsideri non posse. Et licet à vana superstitione ortũ hoc esse videatur: si huius gentis prudentiam, & ingenium consideramus,

ramus, quorum literæ ſpiritus erat ſub ſimilitudinum ſpecie compræhenſus: nobis fortaſſe tradebāt debitum vxorum in viros obſequiū, necnon & affectus, ſenſuſque ſubiectionem. Quibus ratio præeſſe debet, quæ ſub viri nomine in diuinis intelligitur. Sic enim omnia tuta ſunt, nec quicquam nequiores ſpiritus oberunt.

Vxorum ſubiectio.

Plurium defenſorem in torpedine piſce monſtrarunt: qui reti cum alijs piſcibus concluſus per plagarum fila, & funiculos ſtuporis virus emittit: quo piſcatorum brachia ſubitò torpent. Quibus rete laxantibus, abeundi locus datur incluſis: quāuis & ipſi piſces, eodem tacto, vt ait Plato in Memnone, torpeſcunt. Sed dum ſe liberare nituntur, vt poſſunt, effugiunt, vrgēte neceſſitate, & inſtantis periculi ſollicitudine vires ſubminiſtrante.

Oppianus lib. 3.
Aelianus libr. 12. c. 50.
Plato in Memnone.

Cap.25. De inimicis, de victore, & victo, cum aliis, quin etiam de eo, qui se præ pusillanimitate alij dedidit.

Horus Apollo.

INIMICI in duobus signabãtur animalibus apud Aegyptios notissimis: quorũ inter se inimicitias, & insidias nullus ignorabat. Et hæc sunt Crocodilus, & Scorpius. In quibus apparet, quam sit potentiæ æqualis malitia. Licèt enim Crocodilus adeò sit horribilis: tamen & ipse hunc timet, & diligentissimè sibi cauet, quàm iure timetur ab alijs, qui ab illius immanitate effugere student.

Est quod Crocodil' timeat.

Victor, & Victus.

Victorem, & Victum hyena animal lupo non absimile denotabat: cuius venator illud in primis debet attendere, à latere vt illi sit dextero. Sic enim vincitur: aliàs enim sinistro latere posita superat venatorem. Et hoc ipsum depicta figura demonstrabat, vt si à dextero late-

re

re victoriam ab inimico reportari, à sinistro verò contrarium.

Periculorum contẽptus.

Qui tutò, & sine vllo timore se periculis exponebat, in homine pelle hyenæ vestito notabant. Nã iuxta Magorum doctrinam, qui illam, vel eius partem gestaret, ab inimicis lædi non posse crediderunt.

Inimici præoccupatio.

Qui in rixa inimicum præoccupat, & leui accepto damno se defendit, in lupo designatur. Qui sequentibus venatoribus, vt extremam eius caudam maleficijs deseruientem amputent, si viuo obtruncaretur, ipsemet eam ore dilacerat.

Palma Victoriæ signum.

Palma Victoriæ Symbolum semper est habita. Et quemamodum primò apud Aegyptum nata est, sic apud eandem ortum habuit, vt ea Victoribus in signum honoris daretur. Plutarchus, Aristoteles, & alij plures, vt legentibus est clarissimum, huius rei caussam assignant: quòd palma ponderi obsistat, & in illud insurgat. Sic & animi strenui laborum conatibus obnitūtur, qui

Eius rati.

grauiores in bellis imminēt; & aduersus illos insurgunt, & defenduntur: donec victores supersint. Vnde sic decuit, vt arboris ramis hoc ipsum commemorantis exornarētur. Erat etiam Aquila Victoriæ Symbolum: quòd auis ita potens, & velox sit, vt vinci nesciat. Quare apud Romanos duces, & deinceps Imperatores nobilissimum fuit in triumphis signum, quos vel adepti sunt, vel sibi arrogarunt.

Palma coronati.

Aquila in triumphis

Victorem, qui parta Victoria nescijt frui, per congrum, & polypum significarunt: qui sibi inuicē occurrentes inimicitias suas produnt. Et quanquam polypum superet, ac subijciat conger, nulla tamen vtitur dexteritate, vt Victoria fruatur. Labitur enim polypus, & à medijs dentibus subtrahitur: nec maiora mala accipit, quàm si alicuius chelæ, siue pedis particulā corroserit. Quæ nec victori prodest, nec victum quicquam offendit.

Parta Victoria uti nesciens.

Congrui ignauia.

Equus à Lupo vulneratus hominem dicit, qui ex oppressionibus, & miserijs validior exurgit. Quoniam

Fortior in pugna exurgens.

niam equi maiores animos collige re dicuntur, quando a lupis inuasi ab eisdem fuerint percussi.

Symbolũ humillimæ adulationis.

Auis tarda equum videns ante ipsum volat, & quodammodo obsequium præstat. Et in hac hominem alij subditum, quod vilis, & pusillanimis sit, & nimium obsequatur, notarunt.

Ignauus auxilij indigens.

Qui rerum suarum negligẽs alieno indiget auxilio pingebatur in Ostrea, & Cancelo. Hic enim pisciculus Ostream comitatur, imò intra ipsam absconditur. Tũc ostrea, siue pinna, conchas expandente, adsunt continuò pisciculi ex illa cibum sibi quæsituri. Et vbi iam illos intromissos speculatur cãcel', aliàs squilla, leui morsu significat: & illa denuo compressis conchis pisciculos in prædam abripit, partemq; socio cedit. Quibus consumptis denuo ad eandem venationem redeunt. rem profectò mirabilem, & lepidam: cuius præter Horum Apollinem meminit Cicero.

Cicer. li. 2. de Natu. Deo. ubi de pinna, & squilla.

Pli. li. 9. c. 42.

Qui facilè, & leui occasione pauet, ansere, & herba nyctereto nota-

tabatur: quam vbi conſpicit, continuò, territus abſcedit.

Lupus à cõcuſſu lapidum fugiens.

Qui verò terrore vano comprimitur, fugientis lupi pictura ſignabant: quem quiſpiam ſequebatur duos ſimul lapides concutiẽs. Hoc enim ſatis eſt, vt territus fugiat, iuxta Horum. Et quoad lupi proprietatem, non mirum quidem eſt, ſonitum lapidum fugiat, qui & loca fugit, vbi lapides; eo quòd ipſorum vel leui ictu vulneratus cõtinuò vermes generat: vnde breui mors illi prouenit.

Cap. 26. De fabricæ amatore, de lignario fabro, & alijs pluribus.

Aedificandi amator

MANVS ædificandi auidum ſignificat. Opus enim ſemper ad manũ reducitur, ſine qua fieri nequit præſertim ſi ad ædificiũ pertineat: vbi manus exequitur, quod mens in ſe priùs fabricarat.

Faber lignarius.

Lignarium fabrum in piſce, quẽ ſquatinam vocant, annotarũt. Eius

enim

enim ossa serram imitantur: eiusq; cutis adeò aspera est, vt ea carpentarij ligna complanent, & poliant: necnon & ebur in eis, quæ eo laborantur.

Phoca, vitulus marinus in terra nascitur, quem mox parentes in aquas deferunt, vt eis assuescat. Et hic vrinatorem. i. sub aquis natantem significare solitus est. *Vrinator.*

Cynocephalus est in natando solers, vnde agilem natatorem denotat. *Agilis natator.*

Fullonem in duobus sub aquis pedibus figurabant. Quòd ministerium illud, vt conuenit, facit, si intra aquam steterit. *Fullo.*

Per aquam, & ignem eius rei nitorem ostendebant, quæ à macula expurgata est. Hæc enim elementa cuncta purificant: nã quod aqua non eluit, ignis consumit. *Mundities.*

Turturem dicunt ad tibiarũ sonum saltare, & mutationes agere, quibus illam circunuenire, & in laqueos inducere solent. Vnde sub eius pictura saltatorem significabant. *Saltator.*

Nuptiæ.

Nuptias duabus corniculis pingebant, ob mutuam iſtarum auium concordiam. Etſi quando mas, vel fœmina deficit, altera vidua manet neq; alium ſibi ſocium aſſumit.

Viduarũ continentia.

Viduarum continentiam depicta columba nigra demonſtrabãt, ob eius in marem integritatẽ. Nam ſi deſecerit, alteri non coniũgitur. Nec tamen in omnibus hoc euenit ſed in quodam ipſarum genere. Niger autem color perpetuitatem dicit: quòd non mutetur, ſicut colores reliqui.

Paterna ſolicitudo.

Paternam in filios ſolicitudinẽ per piſcem glanim dictum ſignificarunt. Nam fœmina oua deſerit, quę pater fouet, ac defendit, donec enati fętus ab alijs piſcibus tueri ſe poſſent. Itaque quadraginta, vel quinquaginta diebus prout opus eſt, ea cuſtodit. Et hac de cauſſa facilè capitur. Refert hanc hiſtoriam Aelianus Syluri ſpeciem eſſe aſſerẽs, quẽ ſollo Hiſpani, quaſi ſuillum vocamus Athenæus autem Hycam appellat.

Aelianus lib. 12. c. 14 Athen. li. 7 c. 38.

Amor in filios.

Parentis amorem in filios in Pelicano

licano demonſtrarunt. Cuius tantus eſſe erga pullos ſuos amor dicitur, vt ſi propè ignem ardere viderit, extincturus accurrat: ne flāma nidum accendat. Et diſpergēs ignē alis incendium nō timet: vnde manu ſubitò capitur ab aucupib⁹, qui ſeriò prope nidum ſtruem lignorū, quæ facilè ignem concipiat, apponunt.

Mater. Vulturem matris figuram eſſe dixerunt. Credebant enim, vt diximus, nullum inter eas aues eſſe marem, omneſq; vt Theopompus ſcribit, è vento concipere.

Vnigenitus. Per Scarabæum vnigenitum intelligebant. Hoc enim animal non gignit, vt reliqua, ex maris, & fœminæ coniunctione; ſed ſinguli ex limo bouis, aut aſini formantur, quibuſdā pilulis, quas voluunt ab oriēte in occidentem: & deinde poſt viginti octo dies. i. Lunæ curſu peracto, in humida parte recondunt. Quòd eo tempore coniunctio Solis, & Lunæ ſit. idque illos inſtinctu naturæ doceri, ſub qua & omnes in Mundo generationes fiunt, vt Ae-

gyptiorum erat doctrina.

Herodo li. 3. Aristo. lib. 6. animal ca. 31.

Leena figurabat vnius partus fœminam. Quòd crederent iuxta vetustam opinionem, quod Leenæ secundus partus non cõtingat: cuius Herodotus meminit. Sed oppositũ docuit Aristoteles; quod & experientia comprobauit.

Nutrix.

Nutricem sedulam, lactisque copiam habentem in vespertilione fœmina figurabant. Hæc enim volucris suo lacte pullos enutrit, quòd nullis alijs contigit.

Sterilitas.

Sterilitas in figura mulæ notabatur. Notorium enim est hoc animal non concipere; tametsi Theophrastus in Cappadocia, & Syria mulas parere dixerit. Sed vt docet Aristoteles, diuersum est genus, licèt mulæ speciem præseferre videtur: easque ginnos vocant.

Arist. lib. 6. anim. c. 14. & li. 1. c. 6.

Lup⁹ causa abortus equæ.

Aborsum sub equæ lupum calce percutientis figura fingebant. Nã equa grauida quomodocunque lupum tangat, aborsum patitur. Dicunt etiam aliqui, etiam hoc accidere, si tantùm lupi vestigium presserit.

Cap.

Cap.26. De Patre filios abdicante, de eo, qui æqualiter inter filios diuidit hæreditatem, & de successione minus desiderata, & alijs.

FILIVM exhæredãtem per coruum notabant: qui, vt non ignoratur, pullos suos deserit. Hi verò cœlesti rore substinentur pipiẽtes, & paruula rostra aperientes, ac si Deum, vt Regius Propheta inquit, inuocarent.

Exhæredatio.

Ps. 146.

Qui æquis partibus opes suas distribuens filios ineundæ hæreditatis pares esse præcipit, per hirundinem significatus est; quæ admirabili diligentia pullos suos educat, ita vt vni nihil magis, quàm alteri largiatur.

Aequabilitas ĩ filios.

Hæreditas illi tandem collata, ad quem minus deferenda censebatur, per simiam intellecta est; quæ binorum catulorum alterũ excludit, alterum alit, & indulgendo cõplectitur: tantumque manu carpit & cum eo lusitat, vt perimatur, vel

Admissio eius hæredis qui minus diligebatur.

aliàs intereat. Tunc facti dolens repetit excussum.

Claustro abditus. Qui in claustrum se abdiderat, & nihil de Mundo noscens insipiētem præseferebat, asinino capite deformabatur.

Insipiētia per Pelicanum figurata. Pelicanus erat insipientiæ signū. Parit enim humi, & vbi facillimè oua depræhenderentur, quæ tutioribus in locis obseruari debuerant Ignem quoque circa pullos conspicata, vt iam diximus, ad extinguendum volitat, nihil pensi habens, an & ipsa cremetur: cùm ea sit ignis natura, vt ab eius ardore cūcta animalia secedant, damnum, & cladē cognoscēdo, in quam proximè accedentia incurrunt.

Homo profanus. Profanum hominem per suē intelligebant, quòd solo eius tactu licèt incauti polluerentur: adeò vt cum tota etiam veste Nilo ablui oporteret. Idem per piscem sensere, à quo abstinebant, quòd pauci nutrimenti sit, & facillimæ corruptionis.

Asue, et pisce abstinebant Aegyptÿ.

Impÿ in parentes. Impium per hyppopotamū, id est equum fluuialem describebāt:

Estq;

Eſtque animal mirum in modũ ferox. Impietatis antem arguitur, ꝙ patri ingratus ſit, & iniquus. Idem per palumbum ſenſerunt: à quo dicunt patrem interfici matremque, vt Horus ſcribit, ſolicitari.

Horus.

Crudelis, & ſanguinolentus in Irudine ſignificabatur, cuius ea eſt natuta, & ab Horatio etiam refertur, vt non dimittat, vbi fuerit affixa, ni priùs plena, & ſatia crepet.

Hora. Nõ miſſura cutẽ niſi plena cruoris irundo.

Viarum obſeſſorem Crocodili Symbolo indicabant. Solent enim viatores inuadere. Et quia tunc tẽporis erant ad reſiſtendum inertiores, plurimùm offendebantur.

Suis imago ad virum pernicioſnm deferebatur, quòd damnoſus eſſet, præſertim ſegetibus: vnde Cereri victima erat.

Homo perniciosus

Impudentem hominem rana exprimebat. Importuna enim eſt, & inſulſa, ſolis in oculis ſanguinẽ habere dicitur. Eos autem, qui oculos ſanguine ſuffuſos gerunt, audaciæ notat Ariſtoteles: vnde apud nos prouerbium. Sed eoſdem inuerecundos eſſe teſtatur.

Impudentes.

Li. de Phyſion.

Filio-

Viperæ partus.

Filiorum ingratitudinem viperæ partu, iuxta vulgarem eius temporis opinionem, denotabant. Naturalis enim historiæ veritas, & experientiæ argumentum indicant oppositum.

Parricidæ pœna.

Aelianus lib 1.c.58. & lib.2.c.45.

Pastinaca, & humo parricidæ supplicium figurabant: nec vlla assignatur ratio. Intelligi tamē potest, quòd quemadmodum qui cognitā pastinacam incautè piscari tentat, seipsum aculeo in cauda maximè lethali interficit, Sic etiam qui patri mortem infert, sibi ipsi vitā eripit: Quando enim nulla alia pœna læderetur, satis est sibi patrē, à quo genitus est, abstulisse: quo deficiente, multa deficiant, necesse est, idq; omnibus graue, & meritò acerbe fertur.

Aristoteles lib.9.c.37.
Cicero de *Nat.Deorum.*

Sub dolum piscatorem, piscatoria, vt vocant, rana intelligebant. Quæ latere dicitur, & duo fila, quæ ante oculos gerit, extēdit: quorum singula in fine habent minutissimas pilulas, quæ videri possunt: pisciculiique accedētibus pilulæ paulatim ad se trahuntur, & simul pisces,

ſces, ita vt eiuſdem ori includantur ignari.

Qui ſua vitia diſſimulant, vt ſui voti cõpotes ſint, in panthera oſtẽdebantur. Quæ ſublatere dicitur, quò minus videatur, vbi nullum ex alijs animalibus odorem præſentiat, ventis aduerſa: cùm ea verò appropinquat, ex inſidijs capit incauta. Similiter ſua vitia, & defectus tegentem per ſimiam lotium emittẽtem intelligebant. Subitò enim terra vrinam cooperit, & deſuper aliquid imponit.

Plinius li. 8.c.17.

Vitiorum detector.

Cap.28. De nimium confidente, & coaceruatore, & alijs.

VESPERTILIO, hominẽ ſignificat, qui ſine vlla maiorũ nobilitate, & ingenio effertur. Pẽnis enim carens, membranulis quibuſdã fretus volitare audet.

Temere ſibi confidẽs

Qui domum ſuam rebus & vtilibus, & inutilibus nullo habito delectu complet, in polypode notabatur,

Deligendi neſcius.

tur, qui ex omnibus nihil diſcernẽs ſiue piſciculis, ſiue conchulis, aut alijs ſe explet, quãuis nihil inde vtilitatis excerpat.

Eligere ſciens.

Eligere ſcientem per murem intelligebant: qui vbi ſe inter edilia conferunt, nonniſi à melioribus incipiunt.

Attonitus.

Qui ſubito timore correptus ſtupeſcit, nec ſentire damnum videtur, polypode etiam figurabatur: qui pænè compræhenſus deſcrimen non fugit, ſed viciniori ſaxo adhæret: & plerunque deturbatus piſcatoris brachio inuoluitur.

Notum de eodem eſt, quãdo ſaxo ſe applicat, ita illi adhæret, vt prius diſcerpatur, quàm integer explicetur. Verùm admota herba pulicaria ſubitò illius odore admittẽs vires exoluitur. Dicta autem eſt ſic, quòd pulices perimat: alio nomine coniza, vel cunila dicta. Sic ergo depictis polypo, & hac herba, ſubitaneum diſceſſum denotabant.

Pulicaria herba.

Subita diſceſſio.

Ibis

Ibis in honore apud Aegyptios habita est: illius tamen oua cõfringebant, credentes ex ijs basiliscum bigigni: vt nunc, ex ouis galli. Et ita depingentes ibidem, & prope ipsã ouum basiliscum pariens, malam prolem, quæ bonum habuerat principium, significabant.

Mala proles ex bono patre.

Crocodilus ciconiæ pẽnas in capite gestans segnem, atque inutilẽ hominem ostendit. Nam si huius pennæ Crocodili caput pertingũt, torpidum reddunt, ita vt moueri non possit.

Homo ignauus

Solitarium, & viuentem sibi in anguilla intellexerunt: quæ sola sẽper degit, & nulli piscium, vel sui generis, adhæret. Asserit enim Aristoteles non esse illis marem, aut fœminam, dubitaturque vnde nam generentur: & veriùs creditur ex ipso limo, quem Diuus Basilius fœculẽtam materiam vocat. Estq; fœx ipsa, quæ in superficie terræ cũ ipsius crassitie adhæret.

Solitarius

Li.4.c.11. Basilius in Hexameron.

Extra domicilium suum habitãtem denotabant formicam, & vespertilionis alam depingentes. Tã-

Domiciliũ suum abhorrens.

tæ

tæ ſiquidem ſunt inter has inimicitiæ, vt ſi vel ſola illius ala cauernæ oſtio propinqua ponatur, nulla vnquam formica ſit eò ingreſſura.

Ventri deditus. Hominem ventri deditum ſcarus figurabat. Hic enim piſcis quotquot piſciculos deprahendit, integros deuorat, & inde ruminat. Nã inter aquatilia ea huic vni proprietas ineſt, vt Ariſto. 2. de animalibus libro ſcriptum reliquit. *cap. 17.* Ita & per marinam muſteliam inexplebilem voracitatem ſignificabant. Quicquid enim ore in aquis parit, reſumit. Talis autem partus & ſepiæ, & loligini tribuitur, ſed hæ muſtellam immanitatis arguunt, quòd iã eductos fœt⁹ ore deferũt in aquas. *Ariſt. lib. 6 c. 10.* Vnde creditum olim fuit ſic illas parere: & ita idẽ Ariſtoteles 6. Animalium libro docuit.

Guloſus. Helluonem inexplebilem depicto Crocodilo notabant: quando iam ſatur aperto rictu ſemiſomnis iacet, & auiculæ quædam accedũt, vt cibos de more ſumãt leuiter expurgando, quæ dentibus adhæſerunt. *Plin. lib. 8. cap. 25.* Quæ res tantæ eſt illi volupta-

ti,

ti, vt apertiùs os expandat. at interim paratus ichneumō hostis illius acerrimus in fauces insilit, & intromissus rodit, donec corde perculso prosternit inimicum.

Ebrietas.

Ebrietatem in eodem intelligebant. Non enim secessum, vnde excrementa demittat, habet, & interdiu à vomitu non cessat.

Dissipator

Per ouem, quæ herbam conizā sit depasta, prope illam depictam illum intellexerunt, qui omnē substantiam in cōuiuijs absumpserat. Hæc enim herba interficit oues, dū sitim excitat: quæ bibendo minùs sedatur, & crepant mediæ, vel cum maiori siti depereunt. Sic qui suas opes exhauserunt, duplici fame, & mala assuetudine, & ciborū inopia cruciantur.

Suarum opum deuorator.

Superiore dimidiati polypodis parte epulonem depingebant: qui rem suam, & alienam decoxerat. Quando enim nihil aliud cibi comedendum habet seipsum corrodit.

Ebrietatis remedium

In Vpupa, & capillis Veneris remedium ebrietatis intelligebant.

Nam

Nam hæc volucris vuis ſatiata inebriatur, & remediũ ſibi in hac herba perquirit. Et ſic eadem copioſæ vindemiæ Symbolum erat,

Idem. Eum, qui iam à vino ſe abſtinet, per noctuam ſuis ouis incubantẽ ſignabant. Nam, vt aiũt, ſi hæc oua tribus diebus ebrioſis in vino dentur, ipſum abhorrent.

Hilaritas Hilaritas in vite ſignificabatur. Eſt enim naturalis vini effectus fulcire: et, vt ſcriptura docet, & experimento monſtratur multis, cor lætificare, & exhilarare.

Temperantiæ hieroglyphicũ. Sub Temperantiæ verbo, quod potiſſimum in homine moderandum eſt, intelligentes affectus nequam animæ, qui grauiora incitat certamina, ipſam temperantiam in ophiomacho depingebant, Hæc autem ſpecies locuſtæ eſt, cum ſerpentibus pugnans: quæ volando eorum capita percutit. Nec ſecus vitium temperantiæ contrarium (in qua & modeſtiam, & continẽtiam complectimur) meditationis volatu vincitur percutiendo caput ideſt, principio mali obſtando,

& vires,

& vires, quibus ali possit, subtrahendo.

Cap.

19 29. De impudicitia, & alijs vitijs, nempe Ira, & Auaritia.

SALACITATEM hirco denotarũt, qui naturaliter fœminas appetit, quas à die natali septima hebdomada insultat. Aelianus autem septimo inquit die.

Salacitas.

Ceruum latentem depingebant, vt simul turpitudinis dolorẽ exprimerent. Aiunt enim, vt primùm cũ fœmina rem habuit, sese abdere, donec ablutus pluuia emundetur.

Dolor à coitu.

Ad petulantiam coërcitã significandam, taurum cum ceruice, & capite ramis caprifici coronatũ sculpebant. Scribunt enim eam illi esse proprietatẽ, vt tauro vires adimat, vt ne moueri quidem possit.

Petulãtia coercita.

Procacis lasciuiæ plexum per castorem signabant: qui seipsum testibus exuit, cùm à venatoribus petitur.

Libidinis crimine punitus.

Peccatum contra naturam.

Auersæ veneris crimen binis manibus perdicibus ſignant, quòd inter ſeſe ſint maximè intemperantes.

A vitijs expurgatus.

Scolopendra, quæ & centipes, hanc habet proprietatem, vt hamo capta filum rodat; deinde reuomit vt filum eijciat. Sic enim liberatur. Hinc Aegyptij figurarunt illũ, qui ſe à vitijs expurgauit.

Aelianus libr. 1. cap. 30.

Qui grandia virtutis exempla promiſit primùm, ſed ſiniſtris moribus deprauatus, demum omnium ſpem mentitus eſt, in ſepia mõſtrabatur: quæ deprahendenda piſcatores illudit, denigrans aquas obſcuro atramento effuſo, quo ſe liberat, vt ſæpius eſt dictum.

Dignitas amiſſa.

Eum, qui dignitatem, vel expectatam, vel iam acquiſitam amiſit, ceruo, ſine cornibus abſcõdito cõparabant. Qualis ille manere dicitur, dum cornua renouat: tũ quia armis, quibus ſe tueatur, caret: tũ quia & deformis, et ſine honore eſſe tũc temporis quodammodo ſibi videtur.

Calamitas.

Quicquid mali, aut infortunij ſub

ſub calamitatis nomine poſſumus intelligere, in Crocodilo, vt author eſt Diodorus, oſtendebant. Quod, vt ex ſuperioribus patet, nocentiſſimus ſit, ac crudeliſſimus, vt iã diximus.

Mali finis.

Pari ratione per veſpas, & Crocodilum exiccatum, vt ſola oſſa ſuperſint, exactos labores notarunt, credentes veſpas ex mortuo Crocodilo generari.

Sæuitia.

Crudelitas ſub gladij figura ſignabatur: quòd eius exequendæ ſit inſtrumentum, quando immerentes gladio traiecti iugulantur. Illum Perſæ, vt vitæ authorem adorabant: quòd vitam, aut mortẽ ad gladium referrẽt: Nec quicquã illis maius, quàm acinacis iuramentum: quo nomine ab illis fortaſſe accepto græcè enſis intelligitur.

Perſæ gladium colebant.

Nequitia.

Nequitiam figurarunt per Crocodilum grãdi gladio, de quo proximè, percuſſum. Nec alia fortaſſe eſt ratio, niſi quòd nulla maior proditione reperiatur iniquitas. Quale eſt cuiuſpiam incauti, & ſecuri caput auerſo vulnere cedere: qui

nec se tueri, nec auertere potuit à tergo inuasus.

Furor, in furentem.

Furorem in se conuertentẽ, cùm iram exequi non potuit, sub Crocodilo seipsum cauda percutiente aptissimè explicabant. sic enim vbi præda insequentem illusit, de se pœnas exposcit.

Ira.

Ira in Cynocephalo signabatur. Est enim paruum hoc animal maximè iracundum. Et, vt Diuus Cirillus docet, iram depingebant ijdem Aegyptij Sacerdotes in corde igni super craticulam posito, quòd ira nil aliud sit, quàm ignis ascendens cor.

Discordia Seditio.

Lupi, & agni societas discordiã significat, seditionem autẽ sub hominis arcum flectẽtis figura describebant. Potest enim huc, & illuc illum exonerare. Et sic nulla in parte est securitas, sic & seditio occasio est mali nondum cogniti.

Inconstãtia.

Inconstantiam, & inquietudinẽ notarunt in cornicula, eiusque pullis. Est enim maxime vaga, & ĩquieta adeò vt neq; in cibandis filijs firmetur, sed volans pascat.

Improbitatem, & inuerecundiã in musca denotabãt: quæ omnibus importuna, & molesta est. Quòd nullius rei habita ratione in omnia, sine discrimine volet.

Importunitas, & impudentia.

Adulationem signantes ceruum depingebant, & venatorem tibias inflantem: quarum sono delectatus obliuiscitur sui, & mansuetus manu capitur, tali deceptus voluptate.

Adulatio.

Leua compressa auaritiam intelligebant. nam aperta manus liberalitatis est signum. Ideo enim nõnulli prodigi pertusam habere palmã, vt alias apud nos, dici solebãt. Sordidi item, & illiberales quandã quasi contractionem in cordibus habent, & seipsos naturaliter comprimunt, & angustijs macerant. Et hac ratione manus compressa pollice intra palmam à reliquis digitis implicito certissimum in quocunque iudicari solet auaritiæ signũ.

Auaritia.

Miseriæ signum.

Dextera expãsa liberalitatis est signum. Dicit enim hominem sui, & suarum actionum esse dominũ: & sic etiam manuum. Quod de captiuis

Liberalitas.

ptiuis affirmare non possumus. Et ita de eo, qui in tali statu aliquãdo stetit, Dauid inquit: Et manus eius in cophino seruierunt.

Ps. 80.

Detractio

Reperitur & serra in obeliscis antiquis Aegyptiorum: & vt Placiades interpretatur, detrahendi procacitatem significat. Quòd sit instrumentum dentatum; cuius dentib⁹ in partes diuiditur, quod aliàs neque ad amussim, neque in conuenientes partes secaretur. Est .n. in maledicentia supremum, quãdo ad rectitudinem, & regulam secare videtur. Sed in hoc differunt: quòd serra incidat, quod superest: obtrectatio verò, quod deficit. Eandem serram pro incerto bellorum euẽtu interpretari quoque voluerunt forsan ex eo, quòd dissecãtes inter se debellare videtur, & appræhensa vtraque serra æqualiter nunc hac, nunc illac trahitur.

Obtrectandi finis.

Varius bellorum euẽtus.

Cap.

Cap. 30. De veritatis custode, de Iustitia: de pio, & grato, & plurimis alijs hieroglyphicis, quibus eorum tractatus clauditur.

PERSICVM pomũ & eius arboris foliũ Symbolum erat veritatis. Hoc enim linguæ habet formam, illud verò cordis: ita vt tunc secundum veritatem agatur, quando & cor, & lingua conuenerint.

Veritatis Symbolũ.

Iustitiæ obseruatorem apertus oculus dicebat debitam iudicum attentionem innuens: quos oportet in cuiusque rebus & ius, & rationem considerare.

Iustitiæ obseruator.

Nota est ciconiarum in parentes senio cõfectos gratitudo: quòd eos in senectute pascant. Vnde per ciconiam pietas, & gratus animus intelligebantur.

Pietas erga parentes.

Solebãt in superiori sceptri parte figuratum ciconiæ caput gestare: in capulo verò hyppopotami pedem; quod, quia patri ingratus, & scelestus, impietatis Symbolũ esse

Pietas iniquitati præposita.

 dixi-

dixim9. Et quoniã ciconiæ ſignũ eſt contrarium, vtrunque Regum manibus coniunctum, oſtendit quantum ſit pietas iniquitati præferenda.

Subiectio. In polypo, & marina locuſta ille figurabatur, qui ſua in ciuitate cũ ſit eiuſdem paritatis cum reliquis, illos tamen tyrannide ſuppeditare ſtudet. Horus locuſtam polypodi ſubiectam dicit: Ariſtoteles autem è contrario, & interire locuſtam, ſi eodem in reti cum polypo clauſã ſe viderit.

Ariſto. lib. 8. cap. 2.

Celeritas. Celeritatem notabant in apua, piſce adeò coctu facillimo, vt igni admotus protinus decoqueretur. Quin & accipiter rem celeriter cõſummatam denotabat, quòd hæc volucris ſit omnium velociſſima.

Silentium per rubetam. Silentium in rana rubeta cognoſcebant, quòd muta conticeſcat, vt de Syriphia dici ſolet. Eſt rubeta, quæ inter rubos, & vepres gignitur: eſtque proprium bufonum genus, & quæ dicitur ſapinam lapidẽ gignere.

Idem per Perſicum. Cognitum eſt etiam ſilentiũ in

Perſi-

Persico, & eius folio, quæ veritatē significare diximus. Sicut enim gustus in fructu est, non in fronde: sic & intelligentia in corde, non in lingua consistit.

Idem per numerum

Aliter etiam intelligebatur silētiū, vt Horus refert in numero mille nonagintaquinque, qui sunt triū annorum dies, homini primò tributi, cùm propriè infans appellatur: quòd infra illud tempus nō loquitur, quāuis aliqui ante tertium annum loquantur, non tamen perfectè.

Tempus tacendi.

Vigilātia.

Vigilantia, & custodia in Leonis capite figurabantur. Scribunt. n. animalia curuos vngues habentia nasci cæca, vnumque Leonem nascendo cernere. Tenet dormiens apertos, fulgentesque oculos, eo ꝙ exiguas palpebras habeat, nec totos contegunt. Vnde nonnulli opinati sunt Leonem nō dormire. Et licèt Aristoteles de somno, & vigilia sub initium hoc referat: concludit tamen nullum animal soporis expers relinqui. Idem & de lepore sentiebant: & sic eadem res prædictas

Aristo. de somno, & uigilia.

dictas denotabant.

Custodia perpetua. Leonem ante ædes sacras, quod in nostris etiam nunc videtur, statuere solebant, in perpetuæ custodiæ signum. Erat & apud illos accepti beneficij agnitio, quòd Sole signum Leonis ingresso, Nilus in arua effundi incipiat.

Vigilãtia, & custodia. Eandem vigilantiam in Grue lapidem sustinente denotabant, iuxta cognitum, verumq; illarum volucrum morem.

Perseuerãtia. Perpetui laboris perseuerantiã in laborante formica designabant, Nunquam enim, postquam apparet, otiosa interquiescere cernitur.

Præsagiũ Præsagij indicium vulturem esse voluere, quòd belli tempore diebus aliquot antè conflictus præsentire videantur: vbi multa illis inuenienda sint cadauera. Ex quo aliquando prædictæ sunt victoriæ.

Securitas. Binis anchoris firmitatem, securitatemque significabãt. Illis enim hinc inde iactis nauis tuto sistitur, & aduersus fluctuum, ventorumq; procellas firmatur. Est etiam sciendum, cùm ad sacram anchorã confugere

fugere dicimus, non securitatẽ significari, sed periculum imminere tale, vt anchoræ solitæ nihil prosint, necesseque potiorem adhibere defensionem. Vnde antiquitus præter consuetas aliam anchoram maioris ponderis solebant afferre, quæ inter reliquas posita firmiorẽ efficiebat: & ab effectu sacram appellarunt. Item & à magnitudine, quasi Dei anchoram, quòd magna sit; quemadmodum & montes alti cedri in sacris literis nominantur. Quòd autem sacra anchora sit magna hæc, qua maioribus in periculis vtebantur, in Ioannis Zezis, authoris græci, chiliadibus reperitur.

Sacra anchora.

Ioannes Zezes Chiliade 11. histo. 363.

Eius, qui permanentem sibi sedem delegerit, securitatem in aquila vnguibus lapidem gerente notarunt. Illo enim nidum fulcit, ne à vento præceps agatur. Negat Pierius vllum lapidem gestare, sed solam ætitem idest, aquilinam, maximæ ad partum virtutis. Sed quod ex alijs anthoribus colligitur, communi interpretatione de petra maioris ponderis, & firmitatis creditur.

Firma sedes.

Pierius in hieroglyphicis.

tur. Vbi ergo earum nidos ſcrutari poſſunt, facile eſt veritatem, & certitudinem indagare.

Quies perpetua.

Sedes perpetuæ quietis ſignum erat. Hinc data eſt iudicibus: quòd ad iudicādum animi quies ſit maximè neceſſaria. Necnon & ſedes ipſa opus eſt illis, quos totū diem ius dicēdo cōſumere oportebat. Ideoque ad vrbium portas conſidebāt vbi & ciues, & aduenæ conuenirēt.

Commiſeratio.

Commiſerationem, & ex alieno malo dolorem in vulture, eiuſque pullis figurabant: qui femur ſuum percutit, ne filios intra centum viginti, quos diximus, dies, derelinqueret: & eo, quòd prope ſe inueniri poteſt, illos paſcit. Quòd ſi cibus defecerit, ſuo ſanguine educat. Hoc autem pro comperto non habetur.

Antiquitas.

Antiquitatem ſcriptis folijs vel quibuſdam voluminibus, hoc eſt, inuolutis pellibus, ſignificabāt. Cuius ratio eſt plana. Scriptura enim efficit, vt conſeruetur antiquitas, & mirabiliter renouetur.

Operis impendium.

Circulis in pecuniæ modū diſpoſitis,

ſitis, illi' publici operis, in quo collocabantur, impendium intellexere, qui ſi in orbem ponebantur, publico ære, ſeu cõmuni impenſa: ſi verò paralelo, ſeu æquidiſtãte, priuati alicuius ſumptibus factum notabant. Et licèt priuata ſit, nec antiquorum hæc interpretatio, nõ extra rationem videtur adhibita, & ſic poterit admitti.

Sphynges (vt tradit Cælius Calcagninus) in atrijs templorum pingebantur, vel eas in modum ſtatuæ ſculpebant, ad denotandam ſacrarum rerum obſcuritatem. Et quoniam hac de re cõmunes huius doctrinæ authores antiqui non meminerunt, dubitari poteſt de hoc hieroglyphico, præter hoc, quòd Græcorum doctrinam recentiorem ſapiat. Verùm Diodorus ait apud Trogloditas, & Aethiopes hoc animal inueniri, & eſſe admodum docile. Sic templorum valuis affixum, vbi doctrina illorum tradebatur, ſignificaret planè, indocilem ſcholã illam ingredi non debere.

Lib. de rebus Aegyptiacis.

Sphynx, quale animal.

Cap. 31. De Pythagoræ Symbolis, et eorum declaratione.

Tradita ſunt, quæ Aegyptiorum fuiſſe non eſt ambiguum.

HACTENVS de literis Hieroglyphicis, indubitata Aegyptiorum doctrina egimus. Quod & placuiſſe credimus ijs, qui eadem apud alios authores legerint: quod hic paucis, & ſub ordine perſtricta, clariuſque, ac diligentiùs in exquirenda ſingulorum ratione dicta ſint. Cumq; in ſe tantam habeant ſimilitudinem, originemque ab Aegyptiorum doctrina trahere credãtur, quæ ſuis Symbolis Pythagoras edocuit, illorum meminiſſe oportet. Illa enim poſt egreſſum ex Aegyptô publicauit. Habuit autem, vt fertur, Magiſtrũ Oenupheum Hieropolitem. Præcipua verò eius Symbola ſunt hæc, quæ ſequuntur.

Oenupheus.

Plutarch. de liberis educandis

A FABIS ABSTINETO. Quod, Plutarcho authore, de ſuffragijs in creandis magiſtratibus intelligitur. Quòd olim in comitijs per

per fabas suffragia ferre soliti sint. Qui vero contrariam sententiam tueri volunt, quòd scilicet à comitijs recedere non deberent, qui integri sunt iudicij, hoc ipsum admonebit præsens Symbolum. Fabas enim dicetur esse, qui suffragium suum pretio commutauerit.

COR NE EDITO. Hoc est, ne frustra, vanisque curis animum excrucies, in quibus remedium adhibere non potes. Nec impropriũ erit, si de inuidia interpretemur. Siquidem re vera inuidus cor suum rodit, & consumit.

Vana solicitudo.

MELANVRVM NE EDAS. Hic notus est piscis, si sepiam cum quibusdam intelligamus. Sed, vt ex Athenæo, Aeliano, & alijs constat, diuersus ab illa est. Græcè enim significat nigrum caudam habentẽ. Quod omnibus est documento, vt ab eorum commercijs abstineant, qui prauo fine polluuntur.

Atheneus lib. 7. c. 6. Aelianus lib. 1. c. 35. & li. 12. c. 12. Plin. lib. 9 cap. 29. Opian⁹ li. 3

SVPER PLAVSTRVM NE EDITO. Intelligendum arbitror in ipso progressu. Nam totum diffundetur: nec cibus vllus sine quiete

Negotiorum molestiæ fugiẽda.

te prodesse, aut delectare poterit. Illos autẽ peculiariter alloquitur, qui vitam quietius transigere valentes laboriosis se implicant negotijs: quæ neque comedendo, neque, vt aiunt, scalpendis auribus locum relinquant.

De mensura vide emble. 2. lib. 2.

CHOENICE NE INSIDEAS. De segni homine semper intellexi: cui nõ erit, quod metiatur. Et quia choenix, siue mensura, illa erat, in qua diurni laboris demensum tribueretur, nihil habebit dimetiendum, juxta veterem consuetudinẽ, qua diurna merces ad mensuram distribuebatur.

Dexterã porrigere quid sit.

NE CVIVIS DEXTERAM PORRIGAS. Significat amicitiã prudenter deligendam: neq, omnium passim habendã. Quod si de liberalitate intelligamus, quæ nec ipsa quidem in obuios quosq; ad mittenda est, appositè cadet. Iamblicus de præstantissima quaque, & occulta disciplina intellexit, quæ non cuilibet è vulgo communicanda est. Illas autem occultas intelligit, quæ quodammodo per manus

Iamblicus

trade-

tradebantur: & hinc traditiones dicuntur. Quæ, vt ex hoc apparet, inter Græcos in vsu fuerunt, & Hebreos illas habuisse ex sacris cõstat literis. Dictaque fuit doctrina hæc Cabalà, ideſt receptio: vnde apud nos vulgare nomen obtinuit, vectigal vt diceretur, adiecto articulo, Alcabala.

Cabalà, de qua ſcripſimus lib. 2. De vera, & falſa Prophetia cap. 26.

IN ANVLO FIGVRAM DEI, NE GESTATO. Hoc, vt equidẽ ſentio ſuadebatur, Dei magnitudinem in animo præcipuè imprimendam, non autem in annulo. Potuit etiam conſiderari figuram, cui pia obſeruatio debetur, non æquè honorifice in manibus ad omnia paratis geſtari. Sic enim Romæ data eſt occaſio calumniæ in eos, qui in annulo Imperatoris imaginẽ ferebant. Iuxta quæ non diſſimili ratione indecens admodum videbitur ſacræ ceræ ſub Agni formam figuram incluſam annulis deferri, cùm maior illi reuerentia debeatur.

Pietas in Deum.

Calumniatores apud Romanos.

ARCTVM ANNVLVM NE GESTATO. Hoc Hieronymus

Diuus Hieronymus.

interpretatur de ijs, qui in huiusmodi vitæ institutum se intrudunt, in quo permanere non possunt. Siquidem annulus placidè non ingrediens ciet sanguinem. infert subinde molestiam, & nequit educi.

Authoris expositio. PALMAM NE PLANTES. Hoc, vt opinor, prohibet propter diuturnam educationis moram significans decere quidem homines, ne his rebus insudent, quarum fructus assequi non possint. significabit etiam nimiam nepotum curam quibus palma plantatur recusandam.

Iustitia æquitas. STATERAM NE TRANSGREDIARE. Clarè quidē vnunquenque admonet iustè viuere, & nihil quicquam facere præter ius, & æquum.

IGNEM GLADIO NE FODITO. Significat iram iræ addēdam non esse. Dicit etiam ira percitum iniurijs non lacessendū: atq; idem est, si irato perperam quis incitando consulat: cùm sit blandis verbis tumidus animus placandus. Potentes etiam monet, ne iracundiam

Iram esse compescendam.

diam suam exequantur, gladiū suæ iræ incendio adiungentes.

PER PVBLICAM VIAM NE AMBVLES. Semper boni paucissimi extiterunt, & reliquorū viam non sunt secuti: quæ publica, & communis dicitur. Vnde processit, vt commune dicatur, quod immundum est, & prohibitum, secundum scripturæ phrasim.

Actorum 10. & 11.

OLLAE VESTIGIVM IN CINERE TVRBATO. Hoc Plutarchus de iracundia interpretatur, qua animus efferuescens alteratur. Nullum enim iracundiæ vestigium oportet relinqui.

Plutarchus.

SVRGENS E LECTO VESTIGIVM CORPORIS CONFVNDITO. Admonemur in hoc nullum adeò incompositum fore, vt errores, atque defectus suos occultandos negligat.

Vitia tegēda.

TOLLENTI ONVS AVXILIARE, NON DEPONENTI. Idest, adiuuandi sunt, qui se virtuti dederint, & sibi ipsis non deficiūt: non autem ij, qui virtutem destituunt. Intelligitur autem siquis pro-

Opem uirtuti ferendam esse.

 bita-

bitatem derelinquenti ſit adiumẽto, idem eſſe, ac ſi improbum etiã perdoceret. Sed & aliter commodè explicatur de ijs, qui alijs ſubueniunt, ſi ſe illi coadiuuent, quod fieri quidem licet: non autem ſi illi deſiſtant, & totum onus in adiutoré reijciendum cenſeant.

GLADIVM ACVTVM AVERTE. Innuit, vt à periculoſa neceſſitudine abhorreamus: qualẽ perditorum hominum eſſe nõ ambigimus. Cuius rationé nobis pſalmographus proponit dicens: Sicut nouacula acuta feciſti dolũ. Siquis enim incautè nouaculam manu geſtauerit, proculdubio ſeipſum vulnerabit. Idemque nos docere videtur, in quacunque periculis obnoxia neceſſitudine: qualis eſt earum quæ ſuas excolendo facies nitidiores faciendas curant. Quod ſi homines attenderent, tunc verè ſeipſas acuere, tanquam nouaculas, vt noceant proculdubio abſtinerent, ne ita facilè contrectando læderẽtur.

Pſ. 51.

Fugiendã mali occaſionem.

A PISCIBVS ABSTINETO. Crediderim hoc Symbolo continẽ-

Piſces quare non comedendi.

tiæ

tiæ honestatem commendari, cui pisces repugnant: quanuis modera tio quodlibet damnum propulset. Et si quod sonat, intelligitur, non erat, cur particulari sententia Melanurus ꝓhiberetur. Qui verò hoc Symbolum plus æquo extendunt, suspecti mihi esse videntur, ne perperam de Sanctissimi ieiunij institutis sentiant, quibus carnes, non autem pisces vetantur: quos minoris esse alimenti non dubitamus, imposito tantùm edẽdi modo. Nã semel in die, nec id quidem vsq; ad satietatem esse debet. Sic enim pisces obesse non possunt.

Sanctissima ieiunij institutio.

AD LVCERNAM NE CONTEMPLERIS. Quemadmodum inclusum lumẽ, ne extinguatur, nequit diffundi: ita & qui varijs curis implicitus distrahitur, nec studio, neque contemplationi liberã operam poterit impẽdere. Notabis ẽt illud, quod solo naturæ lumine assequimur: quæ lucernæ lux sine superiore fidei lampade per diuinam gratiam communicata dicitur.

Solicitudines à rebus serijs auertunt.

Lux lucernæ quæ.

GALLVM EDVCA NEC

Gall' quare non immolãdus.

IMMOLATO. Rei prudentissimę nos admoneri hoc Symbolo opinor. Nempę cum quis cuiuspiam familiaritate vsurus est, vel obsequium cui debet, præstiturus in eo, quo vni collato, cæteri iniuria se affici putent, longè præstat, vt vna in omnes æquitas seruetur. Hoc autẽ est, Gallum educa, scilicet, vt tibi prosit: nec immolato. Nam ex veterum superstitione Soli, Lunæ, Ioui, Mercurio, Marti, Cybeli, Aesculapio, Mensi, Nocti fuerat dicatus. Quòd si vni istorum in sacrificium offertur, reliquis videtur auferri.

Gallus quibus dicatus.

TRANSACTVM ITER NE REPETAS. Plutarchus hoc de mortem timente, ac illius quietem recusante interpretatur. Cæteri ad prodeuntem referunt, ne retrocedat. Illum enim furiæ vltrices comitarentur, vnde ad pœnam de vxore Loth desumptam, & quod per illam significatur, alludere videtur. Sacram enim scripturã legisse creditur, & inter peregrinandum illã vidisse statuam, quæ ad sua vsq; tẽpora, & multò etiam postea perdu-

Plutarchus.

Statua vxoris Loth.

rauit:

rauit: vt alibi dicemus.

SELLAM OLEO NE ABSTERSERIS. Quanuis hoc alijs difficile videatur, clarè tamen innuit, ne ſedem oleo inficias. Item & te ipſum, cùm ſederis, incautè maculis fœdari facilè continget. Rectè autem in eos quadrat: qui de re aliqua malè ſentiunt, in quã aliàs, futurum eſt, vt deueniant.

Deuitanda macula

IN VIA ARBOREM NE CAEDITO. Aliqui intelligunt de viatore inter eundum ligna ſibi congerente. Labor enim eſt ſuperfluus. Ego verò ſentio de illo, qui ligna, ſecturus in monte, iuxta viã ramos alicuius arboris incidit: vbi facillimè prætereuntem aliquem, ni maximam curam adhibeat, percutere poterit: iuxta Pauli iuriſcõſulti legem, quam habemus in titulo ad legem Aquiliam. Atque ita admonet in rebus omnibus dãna, quæ euenire poſſunt, cautè auertantur.

Authoris expoſitio.

L. ſi pater D. ad legẽ Aquiliam.

CORONAM NE CARPITO. Idem eſſe intelligo, ac ſi diceret. Ne quid inferas diſcordiæ, vbi cõ-

Diſcordiã non ſerendam.

cordia eſt. Hactenus de ſelectis Pythagoræ Symbolis: deinceps nobis eſt de coronis, & earum diuerſitate tractandum.

Cap. 32. De vetuſtis coronis, & earum ſignificationibus.

Coronæ Symbolorum ſubiectum.

DE Coronis, & earũ ſignificatione tractare oportet, quòd materiam præſtent inſignibus, & in earum differentijs multa cõſpicere liceat hieroglyphica. Quorũ mentio non ſolùm apud profanæ ſapientiæ authores, ſed etiam apud ſacra volumina, ad quæ intelligenda præcipuum noſtrum ſemper erit ſtudiũ in his omnibus, quæ literis mandamus inuenitur.

Coronarũ vſus.

Coronarũ vſus vetuſtiſſimus eſt: quarum authorem Ianum opinantur: ideoque inter nonnulla eius numiſmata ſitas eſſe dicunt. Et quia corona dicitur, quicquid in circuli modum præcingit, nõ ſolùm id nominis donarunt ijs, quæ capitibus

impo-

imponuntur, ſed & maioribus quibuſdam, quæ collo pendentia geſtabantur, quæq́ue Atheneo authore collaria dicebantur. Ex quo vſu remanſit illud ex auro, gemmiſq́ue pretioſis ornamentum, quod foliorum loco ſub eodem nomine introductũ eſt. Iuxta quod fuit etiam corona, & ea prima, cinctorium illud ex folijs intextum, quo primi humani generis parentes ſuorũ corporum nuditatem obtexerũt vnde perizomata dicta ſunt. Vocatur ẽt corona ille hominum cœtus, qui in gyrum quondam ſibi aſtãt, Seruus. etiam venditioni publicæ expoſitus, & à multis circundatus, ſub corona vendi, vel in corona diceba- tur: licèt alij velint laneum illi ſertum in ſignum imponi ſolitum. Sed verius ſeruorum vænaliũ pedes creta notabãtur: vnde nõnulla in eos, qui ſerui fuerant, dicteria referuntur. Familia, quę ruri circum ignem ſedere ſolet in rotũdo camino, ob id campana dicto ni potius à campanis nomen habuerit, ignem cingere videtur, & ſic corona dicta eſt à Mar-

Athenæus lib. 15. c. 5.

Geneſis 3.

Seruus quare dicatur ſub coronam vendi.

Martialis

Esaias c. 28. a Martiale. Est & Esaiæ locus: væ coronæ superbiæ. Quæ de superborum conuenticulo interpretari potest, quos Iesus Christus tauros pingues, id est feroces ipsum obsedisse, & velut apes circundedisse queritur. *Ps. 21. & 127.* In quo ille conuentus denotatur, quando coëgerunt consilium aduersus Dominum, frementes in eum, & probrosam eius necem decreuerunt: necnon & eiusdem excusatione inferentes quæcunq; mala possent: sed in seipsos veriùs, & sibi damna congerentes. Et quia simili modo qui ad defensionẽ alicuius conueniunt, in pace, & amicitia illius, eum vndequaque amplectuntur: coronare, in sacris idẽ est, quod protegere, atque defendere; *Ps. 5.* iuxta illum Dauidis locum, vbi de viro iusto agens, Scuto (inquit) bonæ voluntatis (idest, benignitatis immensæ) coronasti eum, idest, protexisti, & defendisti eum. Et quoniam prima circuli, seu coronæ significatio est alicuius rei ad suum principium reductio: vt pariformiter continuetur: annus per colubrũ orbi-

orbibus circumuolutum, & per coronam notatus est. Vnde, cùm Dauid ait, Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, hanc continuationē temporis pariformem, qua semper rotatur, intelligit. Frequentius tamen in sacris literis coronæ nomine virtutis præmium, & verus honor designantur, asserendo de iustis, quòd gloria, & honore coronētur. Dicitur autem corona pretiosis lapidibus intexta, quæ auro, & gemmis cōstat. Et licèt plures sint, de lapide pretioso dicitur corona, propter vnionem, & parem consensum: vel, quia præ cæteris vna maiori pretio interseri solebat: quod etiam núc vsurpant. Cùm verò hæc corona sit Regum insigne, à iustis, & sanctis aliena esse non pōt: qui verè cum Christo, & in vita etiam propter animi rectitudinem, qua in hoc nihil est, quod illis non subiaceat, regnare dicuntur.

Ps.64.

Ps.102.

Ps.20.

Hoc Regum insigne primū fuit linea vitta, & eadem est, quæ Cydaris vocatur: cuius apud Leuiticum, & Zachariam mentio occurrit. Hebræis

Apo.20.
Leui.10.
Zach.3.

bræis Zaniph appellatur, à verbo, qđ cingere latine ſonat: vnde apud nos ornamenta fimbriæ dicuntur Zanefas. Cydarim, inquit Q. Curtius Regum fuiſſe inſigne maximè Perſarum. Eratque faſcia cærulei coloris, intermixtis quibuſdam albis maculis: ſed apud illos. Reliquis enim linei coloris erat: vnde in prædictis ſcripturæ locis Cydaris mundi nominatur. Huius regij capitis ornamenti mentio nobis erit alio in peculiari loco: ſed interim ſatis erit meminiſſe idipſum pretioſis lapillis, & margaritis decorari ſolitū, donec ex auro totum conflari introductum eſt, ad coronarum imitationem, quibus in triumphis vſi ſunt, cum quibuſdam aculeis, quaſi Solis radijs: inſtar earum, quę imponebantur ſtatuis eiuſdem Solis: vt in Rhodienſi coloſſo viſum eſt. Cūque Imperatores Soli ſimiles videri vellent, & cuncta ſuarum virtutū ſplendore colluſtrare, ſuis in numiſmatis huiuſmodi coronas inſtar ſolarium radiorum formatas ſibi impoſuerunt. Sed iam ad coronarum originem

Q. Curti'.

Cydaris munda.

Coronæ regiæ.

Imperatores quare coronati.

originem reuertamur: quam nonnulli sentiunt à conuiuijs: quæ antiquissima sunt, deducta. Quod autem ad potus delicias, & voluptatē pertinet, cum eiusdem vini inuentione incepta non dubitamus. Videmus enim, quid apud ipsum primum inuentorem effecerit. Ad cuius comprobationem dicunt primas coronas fascias fuisse, quibus ad sedandum dolorem ex temulentia prouenientem capita vinciebāt. Hoc etiam alterum coronæ genus inquirendum compellit, nempe ex herbis capiti salutaribus. Hederaceam sic coronam excogitarunt, qua vsus est Bacchus: & eandem in cœlum translatam fabulantur in illud sidus, quod etiam nunc corona vocatur: postquam è suo ille capite in vxoris morte deposuerat, pro coma, quæ luctus caussa tonderi solebat. Hanc sanè herbam astrictiuā & exiccatiuam habere virtutē expertum est. Et ideo articularis morbi remedium est mirabile, eius balneum siccis plantis excipiendo vaporē ex folijs hederæ, quæ in aqua buliant.

Coronarū origo.

Gen. 5.

Coronæ herbaceæ.

Higinius in fabulis.

Articularis morbi remedium

bulliāt. Croci etiam folia ab ebrietatis ſtupore defendunt. Ideo fuit olim vſu, ſicut ſmilax alio nomine dicta Nicophoros, vt quæ imparibus folijs. Cuius tamen non eſt ratio vt eſſe poteſt certis in numeris, cùm alicui quantitati, vel proportioni, quæ ad motionem aliquā obſeruari debet, hæc paritas, aut imparitas reſpondet. Roſæ quidē refrigerant, ſed earum odor cerebro nocet: ideoq; Plinius præfert coronas, quæ ex pulegio fiunt. Sed alio in loco eas, quæ ex Siſimbro Timbreo, & Philantropho, quæ herba veſtibus affigitur, ad capitis dolorem auferendum commendat: atq; item hippogloſſam, quod eundem leuet. Hæ ſunt ergo, quæ ſalutares dicuntur, coronæ: præter alias, quæ depellendæ faſcinationi proderāt, vt quæ fiebat ex bacchare: & quæ ex lauro aduerſus fulmina. Sed & illa, quæ ex heliochryſo nectebatur, exiſtimationi, & gloriæ prodeſſe credebatur, ob ſplendorē, quem lucente Sole concipit: & quòd nūquam langueat.

Plin. li.21 c.20.

Item li.24 c.10.

Li.20.c.24

Li.20.c.22

Li.21.c.12.

Athenæus

Athenæus varijs de coronis diffusius scripsit: quæ ab herbis, & floribus, quibus conficiuntur: vel à nõ nullis particularibus historijs specialia nomina sortita sũt. Sed quas referre, magni non est momenti: sed multæ potiùs moræ. Nõ respuã tamen ad hoc propositum adducere, quod relatum inuenio de corona, qua Alexandrini vtebantur, profutura interdum Medicis, cùm infirmos euigilare cogunt: pluribus passerculis ligatis. Quibus caput circundabant, quando vino graues somnus reliquos exiccare calices, aut aliquid aliud opportunum facere impediebat. Passerculi enim inquieti, & vnguibus scalpentes semisopitos excitabant.

Athenæus lib. 15.

Thylesius in libello de coronis.

Cap. 33. De Genialibus coronis, illarumq; varietate.

GENIALES coronæ propriè dictæ sũt quibus in conuiuijs. & dierum genialiũ tripudijs vtebantur. Atq;

Pli. lib. 21. c. 1. Magna admonitione hominũ, quæ

Spectatissimè floreāt celerrimè marcescūt

Atque illę odoriferis ex floribus texebantur, visui iucundissimis, natisq; ad hoc, & à natura productis, vt simul in eis, quod admonuit Plinius, cognitum sit cunctis, quā breui deliciæ, & voluptates terminentur. Quod enim Deus ad vtilitatē, & nutrimentum condidit, dies, ac menses multos permanet: flosculi autem, quòd soli vsui deseruiunt per diem florent. Legebantur flores isti, ob suam pulchritudinē, vt rosa, & lilium, & inter minutas, & iucundiores, violæ. Inter quos & illi in vsu erant, qui propter speciosū aspectum honori fuerant, propter originem ex historijs cognitā: qualis erat, quem ex Adonidis sanguine natum finxere: & Helenius ex Helenæ lacrymis & præcæteris Hiacynthus, quem ab Aiacis cruore ortum habuisse dicunt. In quo, sic decurrentibus venis, primas eius nominis literas designari contigit. Hoc autem est, quod apud Virgilium exquiritur. Vbi nomina Regum inscripta nascantur. Nec reliquis minor existimandus est flos

Plin. li. 21. cap. 10. & seq.

Virg. Egl. 3.

Narci-

Narcissus, à Bæotis maximo in honore habitus. Cuius sepulcrũ apud eosdẽ Taciturnum dicebatur. Illac enim viatores taciti, & lõgè imposito silẽtio pertransibant. Et hoc forsan; vt cunctos admonerent eorũ, quæ in sepulcris insigniũ virorum considerari oportet sic, & rectissimè, institutũ est, vt in religiosorum claustris, vbi defunctorũ cadauera deposita sunt, silentiũ obseruetur, Ac si loquendo excitari possent illi qui & tacentes alloquuntur omnes & excitant ad nouissima, quod tanti momenti est, prouidenda. Erant præterea coronarũ materia ad eundem effectũ herbæ quædã, quæ licet flores non producunt, virore tñ suo, & suaui odore erant in pretio: quales sunt myrtus, & trifoliũ. sed præcipuè, amaranthus: quo sepulcrum Achillis à Thessalis coronatũ dicitur: insinuantibus in hoc, quòd sicut ille non marcescit vnquã, ita & eius fama foret æternùm duratura. Hoc .n. amarantho propriũ est, vt exiccata folia, in aqua reuiuiscãt sicut & Nardi. Idcirco eisdẽ hyber-

De Narcisso Ou. lib. 3 Metam. deque eius sepulcro Thylesius dicto libro

Coronæ ex herbis.

Achillis sepulchrum

no tempore,cùm reliquę deficiunt vtebantur. Eidem ministerio abrotanum,thimus, & origanũ deseruiebant:nec rarò melilotó, propterea sertula dictũ, & a nostris coronula Regis. Verũ eò coronarũ luxus deuenit,vt mulieres vix ab India vsq; sibi satisfacerent. Vtebantur ēt corollis,quæ ex tenuissimis cornuũ folijs fiebant,vario colore distinctis. Vnde ēt excogitarunt, quæ modò sunt in vsu,ex sericis fragmētis,easque odoribus condiebant. Has ergo geniales coronas nõ modò cõuiuijs,& deseruiētibus cõmunes fuisse non dubiũ: sed ēt poculis adhibitas. Vnde vina coronare dicebantur, atq; etiã coronã bibere:ex eo, quòd post mensam,coronas è capite deponentes,in pateras desup vina infusa propinabant. Cuius rei apta subit historia: qñ M. Antonius à Cleopatra ad bibendas coronas prouocatus est: vetuitq; eadem, ꝙ sua corõa veneno esset infecta. Præterea & his genialibus coronis publicis in festis vtebãtur: vt apud Athenienses in Palladis festis, oliuæ

Athene. lib.3.c.1.

Flores arte elaborati.

Plin.lib.2. c.3.

ramis

ramis coronabantur omnes. Lacedæmones aũt folijs arundinis propter geminos fratres, Castora, & Pollucẽ, quibus dedicata erat. Hos secuti Romani Laureis coronis redimiti cõueniebant: vt in Apollinaribus, vel cuiuspiam victoriæ festis. Cuius insigne notissimũ erat laur⁹: ideoq; & literæ, quibus victoria aliqua nuntiabatur, lauro præcinctæ deferebãtur: & hinc laureatas literas appellarunt. Quin etiã insignia eisdẽ frondibus coronabantur: vt omnia triumphũ, & perpetuã maiestatis gloriã in foliorũ viriditate demonstrarẽt. Sunt & coronæ ad ornatũ, & cultum pertinẽtes, quæ nouis nuptis imponi solebãt: quarum admirabiles occurrũt in diuina scriptura loci. Cæteris aũt præstat, qđ in Canticis habetur: vbi myrrha coronari dicitur: & de arbore intelligendũ est. Quæ licet afflictionẽ significet, à viro tñ, & vxore sociatis sufferri pôt. Huius consuetudinis prophani authores meminerunt, præsertim Athenæus. Consueuerũt etiã Romani verbena sponsas coronare,

Corona arũdinea.

Literæ laureatæ.

Coronæ nuptiales.

Pli. lib. 22. c. 2.

nare, herba apud illos sacrata, & salutari. Siquidē legati Populi Romani, vt Consultus ait, illā deferebant in signū, ne quid indignū sibi cōtingeret Sed hæc corona ex verbena, aut alijs folijs, quæ sponsæ imponebatur, suis manibus legenda erat: vt animaduerteret in manu sua situm honoris meritū, & mariti sui obseruationē, ne vsquā læderetur. Boethia ex asparago sponsas coronare cōsueuit: vt voluptatē proximè capiendā ostenderet, quāuis domesticos lares, & parentū illecebras relinquere recusent. Honoris autē, & præmij coronæ cōplures fuerunt: præcipuè verò, quas Deorū statuis imponebant. Aut ex eo, ꝙ ipsimet eas olim gestauerint: aut quia arbores, aut herbæ, ex quibus nectebantur, illis dedicatæ fuerint. Nec modò diuersæ statuis coronæ imponebantur, verùm etiā in eorundē honorem, & altaria: atq; ipsa vndequaque tēpla coronis ornabantur, in Deorum honorē. Ad quorum exēplum moris fuit amātibus, ex antiqua licentia, amasiarū, quas Deas

Liuius 1. ab vrbe, et lib. 10. belli Punici.

Lex 28. de verb. sign

Honorariæ coronæ

Templorū & ianuarum coronatio.

suas

ſuas vocant, ianuas, veluti tẽpla, coronare: vt ẽt nunc in quibus oppidis fieri ſolet, dũ frondibus earum ianuas adornãt. Nõnulli verò perpetuã pro inſigni coronã geſtabãt: velut augures, qui lauru tẽpora cingebant, Apollinẽ imitantes. Fęciales autẽ ſacerdotes Numa Põpilio inſtituti, vt pacis, & belli internuncij forent, verbena caput velabant: quæ vt diximus, erat illius tẽporis ſecuritas, & ſaluus, vt aiũt, cõduct⁹. Sic Aruales Sacerdotes à Romulo ordinati, ſpicea corona vſi ſunt, in Deæ Cereris venerationẽ, cuius miniſtri erãt. Et hæc omniũ erat antiquiſſima, atq; eius geſtãdi ius, neq; exilio, neq; captiuitate amittebatur vnquã, nã poſtliminio reſtituebatur. Victorũ in Olympijs, cæteriſq; antiquorũ ludis præmiũ patet omnibus coronas fuiſſe: quæ facilè, vt Diuus Paulus admonuit, marceſcunt. Sed tãti in omni certaminis genere habebantur, vt quidam pater gaudio mortuus diceretur, dum tres filios victores amplectitur. Idẽ Sophocli obtigit: qui iã prouectæ

Augures.

Fœciales.

Aruales Sacerdotes.

1. Cor. 9.

Gellius li. 3. c. 15.

De Sophocle Pli. lib. 7. c. 53.

ætatis, cùm in quadã Tragedia vicerit, in ipsa lętitia animam effudit. Laurea poëtis ẽ concessa, quòd diuinandi partem habeant: vnde & vates appellati. Qui verò canticis amatorijs operam dabãt, myrto in honorẽ Deæ ab ipsis celebratæ coronabantur.

Plin. li. 15. c. 8.

Apij corona in Nemeæ festis dicitur in vsu fuisse, pueri Archemori memoriã celebrãdo, qui morsu colubri sub apio latentis corruerat, atq; hinc putatur introductũ, vt sepulcra apio cingerentur, Et de illo cuius salus ægrotantis desiderabatur, apio indigere prouerbiali figura dictũ fuit. In Pythijs Apollini dicatis laurea gestabatur corona, cũ primùm æsculeã vsurpauerint quæ eadem est cum orno, quę apud nos quoxigo. In Isthmijs Neptuni festis pineis coronis vtebantur: ꝙ ea arbor ferendis æquoreis fluctibus nata videatur. In Olympo autẽ mõte victores oleastro coronabantur, arbore Ioui dicata, cuius solennia celebrabant. Et iã deinde agendum erit de militaribus coronis, quæ mi

Plutar. in Timoleone.

Pli. lib. 15. c. 4.

litibus

litibus in præmium rerum præclarè gestarum dari solitæ sunt, & magni semper habitæ, tanquã propriæ virtutis, & magnitudinis insignia.

Cap. 34. De militaribus coronis, & antiqua earum diuersitate.

MILITARES coronæ quæ & militibus, & Imperatorib⁹ dabãtur, plures erãt. Quarũ maximè præcipuè plurimique habita, graminea erat, ex notissima herba connexa, quæ passim nascitur: ideoq; ducibus cõcessa, qui hostes suos, vel in aciem congressos, vel fortibus in castris obsessos subdiderant. Tunc. n. gramine cum radicibus collecto coronabantur. De hac Plinius inquit, in maiestate populi dominantis orbi, inter gloriæ præmia, nulla corona nobilior est graminea, longè antecellens ex auro, & lapillis factas, vallares, murales, rostratas, ciuicas, & triumphales. De quibus suo nos ordine dicemus: si priùs huius concedẽdæ rationẽ adduxerimus. Est autem

Coronæ militares.

Plin. li. 22. c. 3.

Pretiosissima omniũ corona graminea.

tem introducta, vt idẽ Plinius testatur, ꝙ sit clarissimũ deditiõis signũ, cùm victi herbá porrigebant. Hoc aũt significat, ꝙ milites sui ductoris industria, & fortitudine seruati herbã illi reddentes demõstrabãt. quanto periculo expositi fuerint, vt nõnisi deditio deficeret. Quod si verũ est, Romanos, vt ex eorũdẽ scriptoribus intelligitur, gramine, de more antiquo, Martẽ coronasse: corona hæc significare poterit illos loco Martis haberi, & coronari ab ipsis. Et si herbæ cõuenit proprietatẽ attendere: decuit tales ex ea coronas fieri, cuius ꝓprius est sãguinẽ sistere: quo vita substinetur, cũ aliàs sine dubio periclitaretur.

Plin. li. 22. c. 4.

Quare Imperatores corona graminea donarẽtur.

Vallares eis dabãtur, qui primi vallum hostis fuissent ingressi, vbi se is fossis, & vallis munierat. Erãt aũt aureæ, cũ quibusdã quasi polis erectis æquali spatio, ac si affixi forẽt.

Coroni vallaris.

Murales erant & ipsæ aureæ, in muri cum pinnis similitudinem ductæ: dabanturq; his, qui primum in vrbium oppugnationem mœnia conscenderint.

Muralis

Rostratæ

Roſtratæ dictæ ſunt, quæ pari ratione cōfere bātur ijs, qui bello nauali primi omniū in hoſtium naues cōſcēderint, formabātur autē proris æquè diſpoſitis, inter quædam lauri folia, vt antiqua ipſa numiſmata teſtantur. Nominis autem ratio eſt, quòd proræ extremitas à ſimilitudine roſtrum vocaretur.

Roſtrata.

Ciuica verò corona Romano ciui tribuebatur, qui ciuē ſuū, ne ab hoſte perimeretur, ſeruarat, fiebatque ex quercu: quæ arbor aiunt, hominum vitā quondā aluit, qui ſolo eius fructu cōtēti nutriebātur. Qđ equidē certius exiſtimo, q̃ ꝙ Ioui, & Iunoni arbor dicata eſſet: quibus ſuarū vrbium cuſtodiā tribuebant.

Corona ciuica.

Triumphales, legionū ductores coronabāt, poſt quinq; ſubiugatas prouincias, aut quinq; hoſtium milia trucidata in bello. Fiebantq; ex lauro, nec alibi, quàm Romæ in Auentino monte exorta.

Coronæ thiūphales.

Erat ēt minor triumphus, qñ nullo effuſo ſanguine vincebantur hoſtes, vel negocium minoris erat momēti. Tūc ex myrto corona plectebatur:

Corona myrtea.

batur: de qua dictũ ẽ significari Venerẽ tunc tẽporis arma exercuisse, vt Mars interim quiesceret. Mutabatur, & sæpius, hæc corona: ꝙ interdum in Ouatione vterẽtur oliua, sicut in triũphis myrto. Sed in his freq̃ntior fuit laurea, quæ solùm triumphi die gestabatur. Vnus Cæsar quinquies triũphatus ea perpetuò ex Senatusconsulto vsus est ob caluitiũ cooperiẽdum: vel, vt plures asserunt, ob ambitionẽ ostentãdã, quasi ꝑpetuò de victis triũpharét. Facta est & ex auro, & appellata Ethrusca. Quæ qm̃ grauis, cõsueta est à seruo post ipsum triumphãtẽ gestari. Hinc ẽt cœptum, ut prouinciç coronas offerrẽt, & impositũ uectigal cõtribuerẽt. De quo in posterioribus Iustiniani Codicis libris agitur, sub titulo de auro coronario; quod sic explicatur uerè, reliquis interpretationib' nõ admissis.

Corona Ethrusca.

Rubrica de auro coronario.

Coronæ Imperatoriæ.

Trium uerò coronarum, quibus postea Impatores inaugurari soliti sunt, prima, q̃ fœnea esse dicitur, pacẽ, & hubertatem significat: quam subditis omni studio, & diligentia

indu-

inducere debet. Altera eſt ferrea fortitudinẽ denotans. Tertia verò aurea, diuitias, & proſperitatẽ promittens. Quod autẽ ad Summorũ Pontificum Tiaram ꝑtinet, in qua tres coronæ coniunctim ſpectãtur, planè in omnes orbis terrarum principis præſtantia denotatur.

Tiara Pontificum.

AdRomanas autem coronas reuertentes inuenimus omnium ꝑter triũphalẽ, priuilegiũ fuiſſe, vt publicè geſtarentur: quod cæteris nõ licebat, quanuis ex vulgarib⁹ eſſent, quibus ſua quiſq; ĩ domo vteretur. Et hoc eſt, qđ de L. Fuluio argentario narratur: ꝙ è ſuo tabernaculo roſea corona cinctus imprudenter egreſſus diu in carcerem coniectus eſt. Atq; itẽ, ꝙ ĩ hanc vſu receptam legẽ peccauerit P. Munaci⁹, auſuſq; fuerit floreã coronã, quã ex Marſiæ capite ſubſtulerat, ſibi imponere, & in publicum ꝓdire: iuſta habita fuit animaduerſio Triumuirorum, cum in carcerẽ miſſus ad Tribunos plæbis appellaſſet: vti Plini⁹ ſcribit, vbi duodecim tabularũ legẽ refert ꝗ ſatis ad rẽ curioſitatis habet: nec

Coronarũ vſus.

Plin. li. 21 c. 3.

parùm

parùm eſt difficilis, niſi vt ego ſuſpicor verũ eſſe, interpretemur. Cùm ergo quiſpiã Ciuis Romanus p ſe, ac p familiã ſuã, q̃ vt plurimùm tũc tẽporis ex ſeruis conſtabat, militaret, qdquid illi feciſſent, eorũ dominis aſcribebatur. Et ppterea ſi fortè vnus ex illis ſeruis aliquã ex prædictis coronã pmeruerat, non ſibi ſed dño (vt crediderim) tribuebatur ex cõmuni lege. Quicquid acqrit ſeruus, acquirit dño. Verba autẽ legis hæc ſunt: Qui coronã parit ipſe, pecuniave eius virtutis ergo arguitur. Et quod apud eundẽ cõſequẽter legitur, quodq; ex his clarius manet, huic noſtræ interpretationi ſuffragatur: ſed maxime diuinæ ſcripturæ locus, in quo ſeruus pecunia dicitur dñi ſui. Nec alienum eſt, quod Vlpianus dixit, pecuniæ nomine etiam corpora contineri, nemo eſt, quin approbet.

Lex. 12. tabularum. Qui coronam parit ipſe pecuniave eius, virtutis ergo arguitur. L. pecuniæ ff. de verb. & rer. ſig.

Cæterũ quãuis p̃dicta omnia ad honoris, & p̃mij coronas ptineant: nonnihil de pbroſis coronis in dedecus impoſitis dicere nõ recuſamus. Talis apud antiquos erat illa, qua

Corona lanea probroſa.

qua coronabant mariti suarũ vxores lenones: eaq; ex lana fiebat, officijs fęmineis nata. Vnde apud Athenienses, cũ aliqua fęminã pepererat, virgã cũ lana suspendebant: sin aũt masculũ, oliuæ ramũ in coronã circunductũ. In signũ, ꝙ ad colendum arua nasceretur: vel ad studiorũ exercitia, q̃ ibi in primis ꝓfitebantur. Vt aũt hac in re cõcludamus, Sacerdotũ coronas obliuisci nõ possumus, q̃ proculdubio omnibus erant eius formæ, qua religiosi vtuntur. Vbi simul rasura cõmonstratur, seruorũ olim signũ: & deinde corona ipsa, ad enuntiandũ sacræ scripturæ veritatẽ, docentis. Sapientẽ seruũ esse coronandũ. Et qđ Diuus Ioannes in Apocalypsi dixit de his præsertim, qui vt Dei ministri, eius mancipantur ministerio: Qui fecit nos regnum, & Sacerdotes. Qui verò impiè cõtendunt, oẽs promiscuè sic appellari, & sine vllo discrimine, etiã laicos Sacerdotes esse, manifesti erroris cõuincuntur. Quòd aut eo in loco Diuus Ioannes ait, satis est, vt verissimum sit in omni-

Coronæ Sacerdotũ

Prouer. 7.

Apoc. 1.

omnibus,si de Sacerdotio mystico (non autem legali) interpretemur: in quo singuli iustorum, qui & templa sunt Spiritus sancti, sacrificare dicũtur, cũ dignas ĩ cordꝫ suo laudes Deo referunt, & seipsos sacrificãt.

1. Cor. 2. & 3. c.

Cap. 35. De coloribus, eorumque significatis.

OBtinẽt & colores suũ in hoc tractatu locũ: ex quibus certę sunt significationes in ijs, quas vulgus Libreas. i. seruorum, seu familiæ vnius formæ induméta in se varia. Necessariũ igitur arbitramur aliquid de illis enarrare. Primus occurrit cãdidus color, lucis Symbolũ, & ꝑinde boni, quod omnibus amat esse cõspicuũ, & se cunctorũ oculis exponit: nã è diuerso malum nõ est tale. Qđ autẽ lux albior cæteris reb⁹ sit, licèt nil corporis in se habeat, sed solùm splendorẽ, & claritatẽ: optimè faciunt Diui Matthæi verba, ubi de Christi in Mõte Thabor transfiguratione loquitur. Nam vbi latinè dicunt, uestiméta alba, sicut nix, in græco legitur, ut lux, qua cum puritas intelligatur, iure introductum est,

Librea, latinè vari⁹ cultus.

Lux.

Matt. 17

est,ut & castitatem significaret.

Ater color è diuerso malũ significat. Nec immeritò Horati' ait, Hic niger ẽ, hunc tu, Romane, caueto. Est etiam in scripturis locus Dauidis in Psalmo, cui titulus est, Pro Chusi filio Gemini. Nam Chusi, atrum significat. In quo Saulem intelligit, sic ab eo præter atros mores appellatum.

Malum.

Horatius.

Ps.7.

Terreus, quem nos pardum dicimus, laborem denotat ab ipsa terra, quæ homini in hæreditatem data est, ut operaretur in ea.

Labor.

Viridis spẽ designat, ꝓpter segetũ, ac frugũ colorẽ, cùm fructus ad cõmune alimentum promittuntur.

Spes.

Croceus spei opponitur, eadem ratione, quòd uiridia tandem pallescant, & arefiant.

Desperatio.

Aureus color ad firmitatem spectare dicitur, quòd aurum perfectissimum sit omnium metallorum: ꝙ nec igne quidem corrumpitur, sed magis enitescit.

Firmitas.

Purpureus, quẽ nos incarnatum dicimus, sæuitiam præ se ferre existimatur: sũpta huius uulgaris apud

Sæuitia.

nos

nos allusi one nominis, seu à verbo encarniz ar, quod ferarum immani tatis est proprium.

Zelus. Ceruleus zelum in amore signifi cat, à vulgari etiam appellatione, & propter marinæ aquę similitudinē, cuius erat Symbolum, iuxta illud, quod de Ceruleo vexillo Romano Duci ob naualem Victoriam dona to diximus.

Angustiæ. Leoninus, siue fuluus angustiam ostendit. Nec alia mihi subest ratio, quàm propter terrorem, quem hoc animal aspectu, & rugitu cæteris incutit. Sed demum, ne in his immoremur,

Vindicta. Ps. 50. Libera me de sanguinibus. Rubri coloris similitudo cum sā guinę uindictam minatur, quo in sacris peccata intelliguntur: quæ Deᵘ ulciscitur. His habitis, quæ ad emblemata, & Symbola pertinent, plu ta cousultò omisimus, nc amplius in præludijs immoremur. Et tandē ad uberiorem, & utiliorem doctrinam deueniamus, quam sequenti libro Deo Duce auspicamur.

FINIS PRIMI LIBRI
Emblematum Moralium.

EMBLEMATVM MORALIVM

D. IO. HOROZCII COVARVVIAS, ET LEYVA, EPISCOPI AGRIGENTINI.

LIBER SECVNDVS.



SVPERIORVM PERMISSV.

AGRIGENTI. 1601.

SI vera est illius poetæ senten-tia, Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci, non ab re profectò erit moralem, vticq; que doctrinam nostrá curiosa quadam dulcedine immiscuisse, quæ saporé inducat, & ad reliqua legenda lectorem inuitet. Ita enim corruptus, & amissus est multorum gustus, & appetitus, vt nó modò condimento aliquo, sed etiam fraude indigeãt; vt vnum credentes appetant, & aliud postmodum reperiant, quod non displiceat. Quod autem profanis historijs, & Ethnicorum sententijs frequenter vtimur, non ob aliud est, quàm vt veritatem ab eisdem vindicemus, quæ vbique gentium aliqua ex parte illuxit semper, & vbicunque adfuerit amplectenda, & honorãda est. Quamobrem quicquid veri profani authores naturali mentis discursu adiuti inuestigarunt, rectè nobis profuturum existimamus, eorumq; verba, & selectas sententias referentes Diui Pauli concionatorũ magistri morem sectamur. Quandoq; enim, vt notum est, græcorum poetarum testimonia producit, vt Epimenidis, & Menandri. Sicq; faciendum illi erat, cùm apud Gentes conciones haberet, & attentius audirent: & sæpius suis illos rationibus conuinceret, atq;

armis proprijs ſuperaret, quemadmodũ Dauid gigantem ipſius gladio. Hunc etiã morẽ à Sanctis Doctoribus noſtris, qui per id temporis floruerunt, obſeruatũ videmus, vt à Diuo Hieronymo, plurimis in locis, Auguſtino lib. de Ciuitate Dei, Tertulliano omnibus in operibus, Arnobio contra Gentes, item Cyrillo, Iuſtino Martyre, Euſebio, Clemente, Alexandrino, alijſque permultis. Solet in hãc rem illud adduci de ſpolio Aegyptiorũ Dei permiſſu, qui vnus eſt omnium Dominus, & tanquam ab iniuſtis, & immeritis poſſeſſoribus voluit auferri, & in Hæbræorum manus deuenire, vt in ipſorum leuamen, & ſacris miniſterijs deſeruiret. Sic quæcunq; apud immeritos diffuſa reperiuntur, cùm vera ſint, oportet Catholicæ veritati inſeruiant. Nec ſolùm iſta, ſed quæ reuera conficta, & fabuloſa ſunt, eo quod veritatis aliquid in ſe habeant, & Philoſophiam ſub illis figmentis, & rerum geſtarum hiſtorias velauerint. Et quoad naturalium rerum ſcientiam clarè patet in diuerſis transformationibus tractatam eſſe, quarum aliæ ſunt Solis, & Planetarũ effectus, aliæ verò elementorum mutationes. Quãuis autem multæ iſtarũ feriæ doctrinæ loco exiſtimarentur, erant & doctæ fabulæ moralia præcepta & conſilia continentes: quarũ meminiſſe

miniſſe videtur Apoſtolus Petrus, cùm doctas appellat fabulas ſecundum literam, quã plures ex antiquis referunt: earũq; nonnullas à ſacris literis originem habuiſſe ex eiſdem patet: cùm Pentateuchus inter Gentes etiã ante ſeptuaginta interpretes legeretur: cuius Iuuena. meminit cum dicit, Tradidit obſcuro quodcunque volumine Moſes. Hinc plurima ſecundum veritatem didiciſſe gentes ſatis cõſtat, quas Sacri libri docuerant & frequentes ac communes Græcorum cum Aegyptijs, & Chaldæis tractatus, ſiue colloquia: quos addiſcendi cauſſa perquirebant. Ab Hæbræis autem plurima iſti, apud quos manſerant, didicere, quæ ſuis poſteris quaſi per manus tradiderunt. Verùm illa quanuis in ſe vera inter cæcos mente tranſlata, nec recte intellecta obſcuriora remanſerũt. quorum aliquæ ſententiæ, & doctrinæ eadem cũ his noſtris ita planè referũtur, vt maxima cũ ratione admiranda ſint. De quibus Iuſtinus Martyr docuit, hæc apud illos Deo ſic ordinate inueniri, vt vel inuiti veritatẽ confiterentur. Talia ſunt, quæ à Mercurio Termaximo reperiuntur ſcripta: qui præter illa admirabilia in Pimandro verba, quod Deus mundum, non manibus ſed verbo cõdiderit, eodem quoq; Dialogo. Vitam inquit, & lucem

 ſuo

ſuo verbo mens opifex produxit: & ſi Plato quod dixit intellexit, omnia ex eadẽ ſchola emanarunt: Nam Trimegiſtus, quem Diuus Auguſtinus Atlantis nepotem facit, Orphei Præceptor fuit:& hic Aglaophemi, qui Pythagoram docuit, cuius diſcipulus Philolaus extitit, quem hac de re diuinus Plato audiuit. Quamobrem mirum non eſt, ſi, cùm talia ſecũdum veritatẽ apud authores prophanos reperiantur, ipſorum teſtimonijs adiuuemur. Nec enim ad aliud, quàm vt proficiãt, adducuntur, reiectis, quæ vana ſunt, & ſuperflua: ne quidquam damni poſſit inferri. Et in hãc rem maximè facit Deutero. locus in quo Iſraelitis interdicitur, ne alienigenas captiuas vxores ducerent; quas ſi adhuc in tori cõſortium admittere cupiebant, cõcedebatur, dũ modo illæ prius veſtes exuerent, vngues, præciderent, & crinium comas deponerent. Sic ergo licet gentium figmenta tanquam ingenioſa deliria nullum cum vera, & conſtanti doctrina commercium habere deceat. ſuperfluis reſectis, his præcipuè quæ in honeſta fuerint, referri valent, ſed induta nouo verborum veſtitu ſecundum receptum pietatis vſum ac quemadmodum decet. Et quia veſtes exuere, & perſonã deponere docemur, hanc turpitudinem reuelãdo,

licet

licet multa:quæ cùm falſa fuerint, & ab antiquo mendaciorum fabro excogitata, & pro veris habita reijcienda referantur. Et quoniã antiquis gẽtium temporibus omnis falſæ religionis ſcientia in fabularum vanitate conſtituta erat, oportuit depoſitis veſtibus, publicarentur: vt malignitas, & ſeductio, quæ ſub figmẽtis latebat, innoteſceret. Qualia illorũ erant, qui cùm tyrãnorũ ſæuiſſimi fuerint, honores ſibi diuinos tribui affectabant: atq; hos bellis potentes fuiſſe iactabant in audita eorum geſta narrantes: & præ cæteris in maximo apud eos Deorũ nudato veſtibus fictionum apparuit hominem fuiſſe immodeſtiſſimum, & in omni turpitudinum genere abominandum. Et quoniam tam in ipſis, quàm in cæteris quos vitia in Deorum numerum retulerunt, & clarius in mulieribus infame hoc fundamentum innoteſcebat, Iulianus apoſtata legẽ tulit ne publice veteres gentilium authores, quibus humanæ quæ dicuntur literę plurimũ adiuãtur, legerentur. Cum enim hi tot ſceleribus, & flagitijs referti ſint, timuit, ne Chriſtiani illis adiuti fabuloſa Ethnicæ Religionis commenta depræhenderent. Quamuis autem nulla nobis neceſſitas immineat talia inquirendi, vtile adhuc erit & iucundum hæc veterum fig-

menta intelligere, & explicare. Præmonere autem oportet eos, qui talia docere profitẽtur, omnia ad veritatem, & eius ministerium dirigenda esse, & ita permissum taliũ libros exquirere, quanuis in eis tot sint, quæ verè profana sunt: prudenti verò facile erit illa respuere, & quæ proficua sunt ad veræ doctrinę inseruiendum reuocare. Simile est, quod de infante cernitur quando à sua matre educatur: si alterius fœminę pectori admouetur, licet id appetat, semper tamen, ad veram matrem oculos conuertit. Ad rem etiam pertinet, quod Gregorius Nicenus de Mose in eius vitæ tractatu annotauit, a ficta matre abierit adultus, & veræ parentis legẽ secutus fuerit admonens, vt ait, quid agendũ sit illis, qui primis annis eas secuti sunt artes, quæ à vera scientia quàm longè distare videntur. quã vt ꝓpriã intueri semper oportet. Ad quã profuturũ spero quæ hoc in libro legenda literis mãdauimus: quod si ꝑut hactenus a multis probata sunt, placuerint alijs, secundã emblematũ partem liberiori animo in lucẽ dabimus, cum his, quæ iam diu scripta sunt, & in dies augentur. Quæ omnia desideramus in Dei gloriã, & honorẽ cedant, qui omniũ est dominus, & cui nihil est, quod nõ debeamus.

INDEX EMBLEMATVM LIBRI I.

29 Nemo

verò

INDEX

INDEX EMBLEMATVM LIBRI II.

16 Quæ

45 De

DEDICATIO.



Inſignem pietate virum, cui ſplendida virtus
Præſtitit, vt clarum ſydus in orbe foret,
Cuiq; dedit rebus magni ſtatus ipſe Philippus
Conſuleret, Præſes maximus Heſperiæ,
Iam valuit ſolito prius exorbata nitore,
Defectu obſcurum reddere Luna ſuo.
Sed quia nō potuit præclarū extinguere nomē,
Dū nitet ipſa polo, fama perennis erit.

DEDICATION

Al que en bondad y letras fue luçero
Tan claro en todo el mundo, y dignamente
Del gran Philipo insigne consejero
De stado, y dela Hespaña Presidente.
Pudo la Luna stando ella primero
Obscura, obscureçer amargamente,
Mas no su nombre y fama merecida
Que quanto ella durare tendran vida.

Illustrissim⁹ Præses Didacus de Couarruuias, à Leyua, auunculus meus, post adeptam rerum in Rep. gestarum gloriã, & cætera ingenij, & virtutum monumenta, obijt Madritij an sal. 1577. ætatis verò suæ, sexagesimo sexto. Cuius gloriosæ, & immortali memoriæ hæc nostra dicata sunt Emblemata, vt obseruantiam in illum nostram semper debitam ae nostra. em, & aliqua eius laudibus recensendis daretur occasio absque vlla assentationis nota. Quam vix effugere valent: qui patronos quos inuocant suos laudãt quibusq; scripta consecrant, vt tali nomine (si fieri potest,) tuta permaneant.

Sunt

EMBLEMA I.



Sunt quibus obſtruſis arridet ſcribere chartis
Omniaq; obſcuris obtenebrare notis.
Sed nequeunt vitare notam, cum digna referri
Nil proſit tenebris occuluiſſe ſuis.
Quin etiam vatum ſacri vada limpida fontis
Et iuga quæ aſſiduo ſole micante calent.
Perſpicuũ mõſtrãt dicendi munus, & ipſum:
Parnaſo gratum Caſtalidumq; choro.

EMBLEMA I.

Algunos ay aquien en en forma agrada
no ser en lo que tratan entendidos
y no lo son, pues sirue poco, o nada
encubrir los conceptos escojidos.
la claridad delagua celebrada
y los riscos del monte esclarecidos
Muestran quan claro stilo y quan corriente
ama el Parnaso y la Castaña fuente.

In omni hoc opere perspicuitas promittitur, quam apud omnes commendari decet: cum rerum intelligentiæ maximè sit opportuna, nec laudari vnquã possit affectata dicendi obscuritas: quæ inter vitia numeratur, meritò cuilibet authorum euitãda, præcipuè vbi de rebus serijs, & morum compositione tractatur.

Aspicis

EMBLEMA II.



Aſpicis ut vires fax inclinata reſumit
Quo magis accenſum tendit ad imà iubar
Non ſecus aduerſis virtus oppreſſa reſurgit
Lucidior, nullo pondere facta minor.
Hanc licet improbitas odio diuexat acerbo
Attamen incaſſum ſic inimica iacet
Nãq; fere extinctã ſi quando cernimus ipſam
Fortior exurgens clarior inde nitet.

EMBLEMA II.

Bien como veis el hacha que encendida
cobra mas fuerça quàndo eſt a mas baja
aſi la cobrà là virtud crecida
quando ſe humilla mas, y mas ſe abaja.
y aunque de la malicia es perſeguida
ſienpre y do quiera, por de mas trabaja.
Que quando mas obſcura nos pareçe
entonces cobra fuerça y reſplandeçe

Quàm ſit virtuti proprium in aduerſis fortiorem exurgere, plures excogitatæ antea figuræ forſan demonſtrarunt : nulla tamen euidẽtius, quàm fax noſtra nõ omnino inuerſa, quæ, vt apparet, vires inclinata protinus reſumit.

Felicem

EMBLEMA III.



Felicem quicunque cupit traducere vitam,
Non opus est alias quærat inire vias,
Continuo credat fortuna petenda labore
Aequius vt votis adsit opima suis.
Assiduusq; operi pro viribus otia vitans
Qualem quisque sibi finxerit, inueniet.

EMBLEMA III.

Quien quiſiere medrar y pretendiere
ſerdichoſo,no buſque otros rodeos
ſiga el trabajo que le ſiguiere
le cumplirà (yo fio) ſus deſeos
huya la ocioſidad quanto pudiere
que es madre de los vicios torpes feos
Y ſi al trabajo la fortuna iguala
en ſu mano eſtarà la buena o mala

Siue optando id legas, Par ſit fortuna labori, ſiue indicãdo, quod Virgilius dixit, Par eſt, idem ſignificant: cum deſidioſos increpat, & labori deditis animos ſuggerit; Nuſquã enim abſq; ipſo cuiquam Fortuna aderit. Vnde illud Senecæ, Fortunæ ſuæ quilibet eſt faber.

Non

EMLBEMA IIII.



Non facit aßiduè congesta pecunia Regem
Non Tyriæ vestis fulgidus ille color
Non diadema nitens auro, nec frontis honores
Non trabea insignis nobile vestis onus .
Rex est qui fugiens diri mala pectoris, vltro
Deposuitq; odium deposuitq; metum
Quiq; loco tutus cùm sic dominetur in alto
Infra se positum est, quicquid in orbe videt.

No

EMBLEMA IIII.

No haze Rey a nadie la riqueza
No de Tyro el color mas eſmerado,
No la inſignia Real en la cabeza
No el coſtoſo veſtido recamado.
Solo a quel ſera Rey que con firmeza
El odio y el temor ha deſechado,
El que pueſto en lugar ſeguro, viene
A ver debajo quanto el mundo tiene.

Senecæ in Tragœdijs ſententia hæc eſt, Regem non facere opes, purpuram, diademata, & auro laquearia domus radiantia: ſed illum eſſe Regem, qui abſque metu, & odio in loco ſuæ conſiderationi debito, & proinde tuto nihili omnia habet, & cuncta infra ſe poſita eſſe gloriatur.

Supoſi-

EMBLEMA V.



Suppositus quondam, nutantia sydera cæli
Fulserat Alcides, vt requiescat Atlas.
Sed quæ olim fuerant Nemeei terga leonis
Cur in diuersam transiliere cutem?
Scire equidem vellem, Alcides ni torqueat orbẽ
Tã graue quis ne humeris ferre valebit onus?
Ast ego cur falsa deludor imagine, vere
Hic est, qui mundum sustinet arce, Dolus.

EMBLEMA V.

La fuerça de aquel gran niete de Alceo,
Porque Atlas descansase fue probada.
Cuya piel de Leon (aloque veo)
En otra diferente està mudada.
Sinò es el, quien sera (saber deseo)
Bastante para carga tan pesada,
Mas ay que no miraua (o caso estraño)
Que el que sustenta el mundo es el engaño.

Pro Hercule orbem humeris sustinente, vt requiesceret Atlas, dolus suppositus est in hoc Emblemate, vt ostenderet, quàm sit ad vitam necessarium, non omnia manifesta fieri. Vt quisque in rebus suis, licet deceptus, singula nõ agnoscat, & bona fide plurima pertranseant, quæ aliàs minimè starent, si rerũ omnium quisque veram habuisset cognitionem. in enarratione multa dicuntur de dolo, qui & bonus dicitur, & deceptione contrahentium permissa.

Qui

EMBLEMA VI.



Qui premitur curis gestans sub pectore curã
An mala deficiant, deficiat ve malis,
Decipitur vano consumens corda dolore
Effugere an prorsus damna suborta valet?
Eia age, nam rebus mutata sorte secundis
Hæc ipsa æquanimem sic superasse iuuat,
Non secus ac cœli post nubila credimus, æthræ
Lucidius solito, Solis adesse iubar.

Quien

EMBLEMA VI.

Quien ſe aflige en cuydados con cuydado
Si an de acabarle o tienen de acabarſe,
No tiene paraque, que es eſcuſado
En lo que no ſe eſcuſa fatigarſe:
Y auezes es contento auer paſſado
El mal, para que el bien pueda gozarſe,
Y aſſi tras los nublados nos pareçe
Que el Sol mas que otras vezes reſplandeçe.

Vt in aduerſis conſtantes ſimus, non parùm adiuuat ferendi neceſſitas, ſi talia ſint, quæ vitari non poßunt. Spectandumque inſtabilem fortunæ curſum, vt cùm felix aduenerit, iſtorum commemoratione proſperior appareat.

Quid

EMBLEMA VII.



Quidquid in orbe manet cum sint deliria vitæ
Insanusque dolus, ludibriumq; leue,
Cumq; in te fidam qui terrã atq; æthera cõples
Præsidio, et maneat spes mea nixa tuo. (tat
Siue aduersa cadat, seu sors mihi prospera ver
Alme Deus manibus cuncta repono tuis.
Nec fallor cum me cælesti munere finxit,
Et pro me est clauis vtraq; fixa manus.

Pues

EMBLEMA VII.

Pues todo es vanidad lo deſte ſuelo
Todo engaño locura, y deſuario,
Y en vos mi Dios Señor de tierra y Cielo
En vos eſpero, y ſolo en vos confio:
Mi ſuerte buena ò mala, ſin reçelo,
En vueſtras manos pongo, que yo fio
Podrè, pues vueſtras manos me formaron,
Y parà reformarme ſe enclauaron.

Nil ſecurius eſſe homini inter ſpem, & metũ laboranti, quàm omnia ſua in Deum referre, & iuxta Dauidis conſilium cogitatum ſuum in Dominum iactare, præsẽs admonet ſchema. Quo mens ipſius hominis dirigitur, vt ſortes ſuas in Dei manibus reponat, quæ illũ mirabiliter formauerunt, & tranſixæ clauis, mirabilius reformarũt.

Hoc

EMBLEMA VIII.



Hoc ipsũ, hæc moles, quæ continet omnia, quæq;
Et Cæli, & Terræ nomine percipitur;
Vocis habet formã, quã si perpẽdimus, vna est
In qua solamen spiritus omnis habet.
Quæque patent nobis; eadem sub nube videri
Dant ea, quæ nullis subdita sunt oculis.
Cuncta Deum spirant; qui res diffusus in oẽs.
Singula præualida substinet vsq; manu.

EMBLEMA VIII.

Esto que abraça todo lo que vemos,
A questo que llamamos Tierra, y Cielo
Tiene sciencia de voz, y si atendemos
Es la que sola al alma da consuelo.
Y en lo que claramente conoçemos,
Lo de mas se trasluze aunque por velo,
Todo apellida Dios, y en cada cosa,
Se nos muestra su mano poderosa.

Quemadmodũ cœli enarrãt gloriã Dei, vt Regius Vates decãtat, & opera manuũ eius annuntiat firmamentũ: sic tota hæc mundi machina, quæ illis Salomonis verbis describitur, Hoc, quod continet omnia, dum authorem suũ manifestat, scientiã vocis habere dicitur. Singula enim, quæ in Mundo sunt, proclamant, Dominus: fecit nos, & nõ ipsi nos. Cumque sapientia, & omnipotentia Dei in qualibet vel tenui creatura, siue planta sit, siue exiguũ animal, ostendatur, stupidus erit admodũ is, qui non agnouerit, & reuereatur Dei præsentiã: cùm verissimum sit, quòd in ipso viuimus, mouemur, & sumus.

Euolat

EMBLEMA IX.



Euolat heu tempus rapida velocius aura,
Vita quoque haud lentis gressibus usq; fugit
Omnia continuis agitantur motibus, atq; hinc
Festinant gressu vitaq; morsq; pari.
Vt sibi vel punctum vitæ promittere nemo
Ausit, dum viuens assiduo moritur.
Namq; velut sensim Lychnus cõsumitur ardẽ:
Incipit a prima quisque perire die.

EMBLEMA VIII.

El tiempo buela como el penſamiento
Huye la vida ſin parar vn punto
Todo eſta en vn continuo mouimiento
El naçer del morir eſta tan junto
Que de vida ſegura no ay momento.
Y avn el que biue en parte es ya difunto
Pues como vela ardiendo ſe deshaçe
Començando a morir deſde que naçe.

Hæc horologij figura, cæreaque lampas cadaueris capiti impoſita, non ſolum vitæ breuitatem arguunt, ſed & continuam in ipſa vita mortem commemorant: in qua per peccatum incidimus, cùm Deus primo parenti dixerit: In quacũque hora comederis ex eo, morte morieris. Nec enim ſolùm comminatus eſt vitæ finem, quam naturalem dicimus mortem, ſed illam quæ continuo corpus inuaſit, vt paulatim conſumeret, iuxta ſimilitudinem depictam, ac titulum, Quotidie morimur.

Iura

EMBLEMA X.



Iura daret populis Macedū cū forte Philipp⁹
Defeßus, somno languida membra dedit.
Causidici interea clamant hinc inde vicissim:
Ille sed hæc pulso verba sopore refert.
Quid faciam? sortes quāprimū inquirite, nāq;
Arbitrio Diuum lis dirimenda venit.

EMBLEMA X.

Phylippo Rey de Macedonia, eſtando
En publico juizio cierto dia,
Al relatar de vn pleyto que ſe via,
Vencioſe ſin mirar de vn ſueño blando.
Los abogados vno y otro hablando
Aduierta vueſtra Alteza le dezia,
Y el otorgaua, por que ſe dormia,
Mas al fin diſpierto diſſimulando.
Y dixo aueis andado tan diſcretos
La vna y otra parte que ſuſpenſo
Me aueys tenido, y no me determino.
Y aſſi ala ſuerte encomendar lo pienſo
Porque queden yguales los reſpectos,
Y el juizio ſe entienda que es diuino.

Philippus quam cauſſam ſopore grauis audire nequierat, ſortibus terminandam credidit. Nec abſimile contingere videtur iudicibus, qui tempore luſorijs folijs, vel aliàs temere conſumpto inſomnes ad tribunal accedunt, tuncq; à iudicando non abſtinentes cũ adhuc dormiãt cauſſas nõ recto iudicio, ſed proh dolor, temerariæ ſorti decidendas committunt.

Templo

EMBLEMA XII.



Vt pauidus telo transfixus ad Ilia ceruus
Contremit, & nullo terga premente fugit.
Vulneris autorem nusquam videt, attamen illi
Vel sua solicitos excitat vmbra metus.
Anxius obnoxam sic se fugit impius atram
Interea & misero non datur vlla quies.

El

EMBLEMA XII.

El malo ſin que alguno le perſiga
Huye, qual Cieruo herido y mal llagado
Que del temor ſin ver quien le ha tirado
Su ſombra le es cõtraria y enemiga.
Y huie como deſi, porque le obliga
El dolor que le tiene traſpaſſado,
A no poder vn punto eſtar parado,
Temiendo que la muerte ſe le ſiga.
Aſſi el maluado ſiendo perſeguido
De ſu conçiencia ſola donde quiera
Quando ſu mal eſtà mas eſcondido,
Huye ſin le ſeguir de ſta manera
Por que la culpa miſma en que hà caydo,
Dentro de ſi ſe le dize, muera, muera.

Fugit impius, vt inquit Salomon, nemine perſequente, propter inſtantẽ conſcientia reatũ: qui & ipſum quocunq; ſe verterit, comitatur. Ea propter excogitata eſt hæc nõ incommoda fugientis cerui ſimilitudo, intincta veneno ſagitta transfixi. Qui nullo venatorũ inſequente fugit inceßanter, quaſi à lethali vulnere, quod intus habet, poſſit fugiendo liberari.

Vt

EMBLEMA XIII.



Vt tandem insomnem superet Cyllenius Argũ,
Fallere quem nulla prouidus arte valet:
Sopire incauto decreuit lumina centum,
Dum resonat placidum tibia blanda melos.
Et quam tradiderat seruari Iuno iuuencam
Liberat, vt magni iußa parentis agat.
Talis adulator cum blando immurmurat ore
Fallaci vigiles decipit ille sono.

No

EMBLEMA XIII.

No viendo el Dios Mercurio tiempo alguno
En que Argos eſtuuieſſe deſcuydado
Ordena de tañerle, y vno a vno
Los ojos todos ciento ſe an cerrado,
Y aſſi le hurto la vaca que por Iuno
Guardaua, en que alas gentes a moſtrado
Que al mas deſpierto engaña de ligero
El dulçe ſon del falſo liſongero

Fabula hæc non illepida Mercurij tibijs modulantis, vt Argum decipiat, admonuit, ne fallacibus adulatorum vocibus faciles aures præbeamus: vt cum varia doctrina in enarratione explicamus. Neque enim quæ ſtudioſè ibi dicta ſunt, repetere oportet, aut eorundem integritati aliquid detrahere. Satis eſt, ſi hæc minùs eruditis non diſpliceāt, nevè falsò interpretantes authoris mentem inuertant.

Viderat

EMBLEMA XIIII.



Viderat ignotum miratus rusticus anguem
Depictum varijs lubrica terga notis.
Et quia brumali torpentem frigore sensit,
Sustulit in tepido condidit atq; sinu.
Ast anguis postquam diffusum in mẽbra calorẽ
Concepit misero dirà venena vomit.
Hoc docet ingratis quãtum seruire pericli est,
Pensant indignis qui benefacta modis.

Siendo

EMBLEMA XIIII.

Siendo el culebro solo conocido
Por animal de mil pinturas lleno,
Halloie vno de yelo espereçido,
Y quiso recogerle al proprio seno,
Donde con el calor desencogido,
No tardo en esparzir de su veneno,
Y desta suerte el bien se le agradeçe,
Que hazer bien alos tales tal mereçe

Inuisam omnibus, & quidem meritò, ingratitudinẽ exprimit antiqua rustici fabella, qui rigente bruma in sinum anguem recondidit. Illa verò, assumptis calore viribus, discessura hospiti vulnus inflixit: qui multorum vice cœpit exclamare notissimum illud, & plurimis experimento cognitum, In gratis seruire nefas.

Quo

EMBLEMA XV.



Quo mage visceribus terræ defigitur arbos,
Vberius virides mittit ad astra comas.
Et spernit secura minas Aquilonis iniqui
Nullaq; ab incursu damna subire timet.
Haud aliter virtus altis radicibus hærens
Crescit, & æternum non ruitura viget.

Qual-

EMBLEMA XV.

Qualquier genero de arbol o de planta
Quanto en rayzes ſo la tierra creçe
Tanto ſobre ella en ramas ſe lauanta.
Y quando mas el viento ſe embraueçe:
El arbol mas creſcido no ſe eſpanta,
Antes ſe esfuerça quando mas padeçe,
Tal pues es la virtud auentajada
Que con ninguna fuerça es arrancada.

Tam frequens eſt probis viris perſecutionem pati, quàm arboribus in celſis montiũ iugis ventorum impetus perferre: quas, niſi altè iecerint radices, facile eſt ad ima proſterni. Oportet ergo, & virtutis firmas eſſe radices, non in terræ ſuperficie inanis gloriæ cupiditate extenſas, ſed in veritate habitu, & exercitatione conuenientibus fortiter fundatas: vt nulla eas perſecutionum vis, nulla ærumnarum procella poſſit euellere.

Que

EMBLEMA XVI.



Eliciant alij spirantes marmore vultus,
Et docta excudant mollius æra manu.
Atq; alij causas orent, radiantia gyris
Demonstrent alij sidera perpetuis.
Parcere submissis, & refrenare rebelles,
Hoc studium magnæ regibus artis erit.

EMBLEMA XVI.

Mueſtren otros ſu ingenio leuantado
En dar vida al metal o piedra dura,
Midan otros el Cielo, y al culpado
Defiendan otros con induſtria pura:
Mas el arte que pide el Real eſtado
Es regir con imperio en paz ſegura
Y moſtrando al ſoberuio ſu potencia
Vſar con el rendido de clęmencia.

Artes, quibus ſe Principes exerceant, minimè ſunt, è marmore, aut ære vultus ad viuũ deducere, cauſſas agere, ſiderum curſus explorare: ſed meminiſſe Imperio regere populos, moremque paci imponere, ac demum, vti apud Maronem filiũ docebat Anchiſes, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Aeter-

EMLBEMA XVII.



Aeternùm Theseus hærens sub tartara saxo
Dum sedet, & nulla vellier arte valet:
Designat miseros animi quos tabida pestis
Noxæ desixos sic sine mente tenet.

EMBLEMA XVII.

El caſtigo del perfido Theſeo
En no poder mudarſe de vn'aſſiento
Ala pena clauado es vn tormento
Que en muchas gentes por ſus males veo.
En quien vn apetito torpe, y feo
Sujeta ala razon, y entendimiento
Deſuerte que no hazen mudamiento
Del ſer en queles puſo el mal deſeo.
Y es que el immenſo Dios a tiempo tales
Permite por ſu culpa el hombre quede
Comparado a los brutos animales,
Tan fuera de raçon, que aunque ſuçede
Deſenganarle el daño de ſus males,
Deſenlaçar ſe dellos ya no puede.

Quàm ſit dolendus miſerrimus illius ſtatus, qui propter ſua demerita traditus eſt à Deo in reprobũ ſensũ, vt ſuis ipſe viribus à ſcelere diuelli nequeat, Theſeus hic quãuis profanus, ſaxo adhærens apertũ perhibet exẽplũ. Cuius memores diuinum auxiliũ imploremus sẽper, ne quid huiuſmodi nobis propter immẽsã miſericordiã ſuã euenire ꝑmittat.

Quiſ-

EMBLEMA XVIII.



Quiſquis erit ſacris qui ſeſe incluſerit antris,
Non niſi peruigili numine tutus erit.
Namq; aliter pelagi tot tempeſtatibus actus
Securus tantis non erit ille malis.
In caſsum Noas ſacrā ſibi ſtruxerat arcam,
Oſtia clauſiſset ni Deus ipſe foris.

EMBLEMA XVIII.

Ninguno pienſe que eſtarà guardado
Solo con encerrarſe haſta que muera
Que en medio del diluuio rodeado
Eſtarà de peligros donde quiera
Noe de balde huuiera trabajado
Si Dios no le çerrarà por defuera
Y aſſi guardarſe alguno ſerà en uano
Si Dios no le guardare de sù mano.

Incluſis Noe, & ſuis in arca, foris clauſit Dominus oſtium, vt oſtenderet quam benignus in ſuos ſit, quantamque illorum curã gerat. Arca hæc multa deſignat ſed præcipuè Sacræ Religionis clauſtra, tutiſſimum piorum refugium, & munitiſſimam arcem quã ipſe dominus cuſtodit ſemper ne vnquam in eam mundi huius inũdantis procellæ aut inimicorum inſidiæ, præualeant.

Piuribus

EMBLEMA XIX.



Pluribus impoſuit quondam Turinus in Vrbe,
Dum ſibi grata refert Principis ora ſui.
Affigi hunc trunco, & tetra caligine mergi
Fumantis tædæ Cæſaris ira iubet.
Scilicet vt fumo pereat, qui vendere fumos
Auſus erat culpæ præmia digna ferens.


EMBLEMA XIX.

El gran Seuero manda que enpalado
Sea Turino el falſo y ſementido,
Y con el humo eſpeſo ſea ahogado
Por los humos que a tantos hà vendido,
Haciendoſe del Principe priuado.
Caſtigo de ſu culpa merecido
Qual alos tales oy darſe deuiera
Pues ay Turinos ſiempre y donde quiera.

Quicumq; ambientium vanis promiſſis corda demulcent.plurimum ſe apud Principes valere mentientes,nil præter fumos vendere iure dicuntur. Vnde in aliorum exemplũ Vetronius Turinus in his aſſidue verſatus, vt digna factis reciperet, palo ſuſpenſus igne ſuppoſito fumo ſuffocatus eſt iuſſu Seueri Imperatoris non ſemel repetentis: Fumo pereat qui fumos vendit.

Tempus

EMBLEMA XX.



Tempus edax rerum potuit Carthaginis altæ
Mœnia fatali depopulare manu.
Sed quod pro patria gemini meruere Phileni,
Perpetuum nomen tollere non potuit.

EMBLEMA XX.

Pudo la gloria de los Affricanos
Vencerla el tiempo con aquel eſtrago
Que ſinpiedad hizieron los Romanos
En la conquiſta de la gran Cartago.
Mas no pudo quitar alos hermanos
El perpetuo renombre dado en pago
De auer la patria mas que aſi querido
Que aunque ella pereçio no aperçido.

Quantum patriæ debeatur multorum, qui ſe pro ipſa deuouerunt exempla, iampridem ampliſſimè demonſtrarunt. Sed inter primos Phileni fratres numerãtur. Quorum perpetuæ atq; inuictæ memoriæ conſtructæ aræ, euerſa tot ſæculis Carthagine illorũ patria, adhuc extare, & permanere dicuntur.

Non

EMBLEMA XX.



Nõ ſubito ſpretus mittit Deus æthere flãmas,
Tarda ſed offenſi numinis ira venit.
Intereà vt meritum noxæ diuertere ſontes,
Poſt ſceleris tractus in ſua damna, queant.
Sin minus incautis maiora pericula reſtent:
Nam miſeros grauior pœna luenda manet.
Quo fit vt & vatum priſcorũ myſtica turba
Lanigeros Diuum dixerit eſſe pedes.

La

EMBLEMA XXI.

La Mageſtad de Dios ſiẹndo offendida
Para ſu tiempo la vengança guarda
Eſperando la enmienda de la vida,
Y ſi eſta ſe detiene, nunca tarda
La riguroſa pena mereçida
Pues viene quando menos tal ſe aguarda
Y aſſi fingio la Theologia profana
Que los Dioſes tenian pies de lana.

Deos pedes habere laneos in prouerbio eſt; & licet apud alios diuerſa ſignificet, figura tamen hæc noſtra ſeram Numinis vindictam, qua hora nõ putatur aduẽnientis, ſignificat. quã quidem veriſſimũ eſt, lẽto gradu procedere, tarditatemque aduentus ſupplicÿ grauitate compenſare ſolitam.

EMBLEMA XXII.



Isacidum Princeps ad falsa altaria Diuùm
Ablata e bustis vrier ossa iubei:
Vt pariter doceat vani temeraria cordis
Idòla in flammis esse adolenda nouis.
Et sua ne insanus veneretur damna, necesse est
Extremum vitæ sic meminisse diem.

Donde


EMBLEMA XXII.

Donde los Dioſes fueron venerados
Mandò el Rey como dicho auia el Profeta
Que ſe quemaſſen hueſſos de finados
Parà enſeñar qualquier alma diſcreta
Que trueque deſta ſuerte ſus cuydados,
Si a caſo en falſo gozo eſta ſujeta
Y parà no adorar ſus proprios daños
Contemple el fin poſtrero de ſus años

Ioſiæ Regis iuſſu deſtructa idola, & ſuper ipſorum aras oſſa defunctorum flãmis impoſita docent quàm ſit opportuna mortis memoria, his qui a vitijs, & voluptatibus decepti falſos ſibi Deos effingere non verentur.

Inſon-

EMBLEMA XXIII.



Insontes, munus quibus est defendere iure,
Non semper rectè dicere iura solent.
Quod si Cambisis iustus rigor ille maneret,
Iudicium rarum, sed sine fraude foret.
Nam qui multorum nudarat terga profanus,
Exuitur miseram Rege iubente cutem
Quam super extēsam iudex cōscenderet hæres,
Disceret vt iustas patre monente vias.

Si

EMBLEMA XXIII.

Si de todos los juezes ſe tomara
Qual era meneſter là reſidençia,
Con ſer los que defienden là inocençia
De muchos poruentura ſequexarà.
Y es de entender que ſi ſe platicara
A quel juſto rigor de la ſentençia
Del ſeuero Cambiſes, là inſolençia
De algunos malos juezes ſe enfrenara.
El qual mando que vn juez ſe deſſollaſſe
Viuo, por que alos viuos deſſollaua
Y ſu piel en leſtrados ſe clauaſſe.
Donde mando que vn hijo que dexaua,
En lugar de ſu padre ſe ſentaſſe
Por que miraſſe bien lo que juzgaua.

Seuerè illud Cambyſis Perſiæ Regis factum plures admonuit iudices, quales iniudicādo eſſe debeant, præſertim Otbanen, Cuiuspatrem pelle nudari iuſſit, quod male iudicaſſet eademq; ſedem iudicij contectam ipſum aſcendere, vt iuſtitiam paternoſupplicio monitus æquius addiſceret exercere.

Quid

EMBLEMA XXIIII.



Tutius optatam poterit contigere metam:
Cui ſatis eſt medium carpere ſortis iter
Quem nec cura vigil iuſta formidine terret
Deprimit aut miſerum ſordida pauperies.
Iam ſecurus aget cui non Tagus aurifer vndis
Affluit, hoſtiles nec timet inſidias,
Cenſendus fœlix qui non inuidit habenti
Nec ſibi quod reliquis inuideatur habet.

EMBLEMA XXIIII.

Aquel alcança el mas ſeguro eſtado
Que ſe puede paſſar con mediania
Libre dela miſeria, y del cuydado
Que al miſerable afflige noche, y dia.
De embidias, y traycion eſtà quitado
El que no tiene lo que el Tajo cria,
Y aquel es ſiempre rico y venturoſo,
Qui ni viue embidiado ni embidioſo.

Cùm omnibus in rebus ad vitæ neceſſitatem commendari mediocritas ſoleat: mirum eſt hanc in dolio à Diogene repertã, quæ ad extremum magis accedere videbatur, credi. Quæ verò honeſta eſt, & ideo imitãda, vt ſecundum naturam, non ſecundum voluptatem viuere liceat à Principibus etiam amplectenda eſt.

Quiſ-

EMBLEMA XXV.



Quiſquis ab alterius dãno ſibi cõmoda quærit,
Inueniet merito quidquid in orbe mali eſt.
Sed grauius peccat qui nil diſpendia curat,
Dum praua inſontem lædere mente cupit.
Quam facile eſt, alios ſæuis affligere damnis,
Qui queat immunis lædere, nullus erit:
Hoc liquet ex apibus, quæ leuia ſpicula figunt,
Mors tamen hinc ipſis accelerata venit.

EMBLEMA XXV.

El que del mal ajeno bien eſpera,
Qualquier mal que le venga ha mereçido.
Y mas quien haze lo que no deuiera,
Con perdida de algun bien conoçido,
El hazer mal es façil a qual quiera
Mas a ſu ſaluo a nadie es permitido.
Mueſtran lo las auejas quando hieren
Que dan algun dolor mas ellas mueren.

Quicunque alijs nocere ſtudet, animo aduertat oportet vel apum exẽplo plus ſibi damni contrahere. Quas nouimus infixis aculeis breuem percuſſis dolorem, ſibi verò ineuitabilem interitum inferre.

Infan-

EMBLEMA XXVI.



Infantem noui, qui dum per somnia cœlo
Ex alto scalas tendere ad ima videt,
Has lapide extructas cōscendit sedulus, at quē
Calcarat, prorsus sentit abesse gradum:
Progrediens igitur pauidus scādebat in altum
Ne cedens retro protinus inde ruat.

EMBLEMA XXVI.

Yo ſe quien ſiendo niño vuo ſoñado
Que deſde el Cielo al ſuelo deſcendia
Vna eſcala de piedra, y con cuidado
Por ella poco a poco ſe ſubia
Y el paſo que dexaua ya piſado
En leuantando el piè ſe le caya
Y aſſi forçoſſamente caminaua
Que en dando paſo atras ſe deſpeñaua.

Quamuis inſomnia meritò vana iudicentur: non illa tamen, quæ cum ratione conueniũt, & aliquid recti admonent: quòd oracula potiùs cenſenda ſunt. Quale cuidam contigit: qui cùm puer eßet, vidit ſe per quietem lapideis gradibus è terra in cœlum aſcendere: ſed non ſine graui terrore, quòd prioribus gradibus depreſſis retrocedere nequiret. Vnde diligentius ad ſuperna cõſcendere conabatur. Talia enim ſacris in literis angelorũ officio miniſtrari videmus.

Munus

EMBLEMA XXVII.



Munus ob aceptum dignas qui soluere grates
Negligit hic cunctos nil meruisse docet.
Sed memor acepti qui iusta hoc lance rependit
Qua potis & meritis laudibus amplificat.
Arguit indigne factum si contigit vnquam
Authorem facti pœnituisse sui.
Nō sic omnipotens, manibus qui munera plenis
Prodigit, & nulli quæ dedit improperat.

EMBLEMA XXVII.

El que vn bien recebido no agradeçe
Da muestras de no auerle merecido
Mas a quel que le estima y engrandeçe
Y se ha mostrado siempre conocido
En voluntad y obras, no mereſçe
Que el bienhechor se muestre arrepentido
Bendito el que da solo porque quiere
Y dando a manos llenas no çayere.

Communem omnium in se habet accusationē ingratus, à qua liber euadit, qui accepti beneficij quam valet gratiam referre studet: quamuis non satis videatur illi, qui de collatis officijs maiorem, quàm par est, gratiā exigit: & non alia ratione sua merita semper exprobrat. In quo maxima, Dei liberalitas apparet, qui cùm omnibus affluenter impendat, nulli vnquam improperat.

Est

EMBLEMA XXVIII.



Eſt quædam in rebus mutari cuncta viciſſim.
Non eadem vt fuerint quæ modo celſa vides
Nō tamē hæc prudens animi deſpexerit vllus:
Aut quæ ſunt miris amplificata modis.
Atqui ea ſi recti ſint ducta ab origine, nuſquā
Detrahit in magnis debile principium:
Nā gracilis quæ virga fuit iā creſcit in auras:
Pandit & annoſas arbor opaca comas.

La

EMBLEMA XXVIII.

Las cosas enel mundo auentajadas
Vn tiempo nolo fueron, y por esto
No deuen ser de alguno despreciadas
Estas, ni las que vieren creçer presto.
Por que si fueren en bondad plantadas.
No estorua el fundamẽto humilde honesto
Pues no me dareis arbol tan creçido
Que muy pequeña varà no aya sido.

Qui ad honorum fastigia peruenisse glorientur, meminerint se, vel suos aliquãdo in mediocri, vel etiam infima conditione vitam egiße: ne vnquam spernere sibi liceat, quos viderint ex honesta fortuna ad altiores honorum gradus ascẽdere, arborisq; exemplũ intueãtur inter virgulta, et arbusculas erectæ cum hemistichio Nasonis, Tempore virga fui.

Stru-

EMBLEMA XXIX.



Struxerit omnipotens magni cũ mœnia mũdi,
Atq; hominum imperio ſingula ſubdiderit,
Quam durũ hos miſere traducere tẽpora vitæ,
Et nuſquam grata poſſe quiete frui:
Sed quia ſic præſtat meliorẽ inquirere ſortem,
Quæcunq; obtigerit iure ferenda venit.
Namq; alibi inſtituit ſedes natura colendas,
Hic ærumnoſum condidit hoſpitium.

Auien-

EMBLEMA XXIX.

Auiendo ſido el mundo fabricado
Para ſeruir al hombre como hechura
Del que a ſù ſemejança le hà criado
Paſſar trabajo e nel es coſa dura.
Mas a ſe de ſufrir por que es forçado
Buſcar parà otra vida là ventura,
Dio nos naturaleza a qui poſſada
Y puſo en otra parte là morada.

Tot ſunt vndequáque in hac vita labores, & ærumnæ, vt meritò aliquàndo in dubiũ verteretur, mater ne, an potiùs nouerca Natura eſſet homini. Sed cùm ad digniora creatus ſit, nihil intereſt in via ſufferat incommoda, ſciens in hoc mundo ſolùm datum eſſe diuerſorium, & alibi perpetuum manere domicilium.

Adue-

EMBLEMA XXX.



Aduenienſ, ſenſus permulcet blanda voluptas
Gaudia promittens quæ ſibi quiſque velit.
Sed ſubito effundit meſtos admiſſa labores:
Fallaxque inſauas detegit inſidias.
O cantu, & forma fallens ſæuiſſima Syren:
Quæ tandem in monſtrum deſinis horrificũ
Quã ſecurus aget, nec iã tua damna timebit;
Quicunq; extremum nouerit ante tui.

Comiença

EMBLEMA XXX.

Comiença el vicio ſiempre con blandura
Prometiendo contento, y admitido
Cumple con dar diſguſto, y amargura
Quedando en todo falſo y fementido:
O canto de Serena, y hermoſura
Que al cabo eres vn monſtruo tan temido
Quan ſeguro podrà eſtar de tu daño
Quien mirare tu fin con deſengaño.

A vitijs, & voluptatibus ſeducti propter delicias, & ſonoros cantus, quibus alliciuntur incauti, experiuntur demum, quanta ſibi conſciuerint damna, quando fines gaudiorũ luctus, & ærumnæ miſeros comprabendant. Quod veteres Philoſophi carminibus olim docuere. Nihil enim aliud ab eis efficta Sy-renes ſignificant, quæ ſuperne ſpecioſa forma apparent, deſinunt autem in horribilia mõſtra, & geminis caudis ſingulos euertere, ac lacerare contendunt.

Inten-

EMBLEMA XXXI.



Intentos fidibus, varia & dulcedine voces
Miſcere vt vidit Telemachus Iuuenes,
Noluit abſtineant cãtu, tamen inde recedens
Sic ait, Hæc alios otia læta iuuent.
Me grauiora manent, quæ ſerior exigit ætas
Tibiaque ad curas non facit vlla meas.

EMBLEMA XXXI.

Viendo la gente moça entretenida
En cantar, y tañer con instrumentos
Thelemacho, no quiere se despida
La Musica, ni dexen sus contentos.
Solo se aparta porque aquella vida
Es del tiempo que sigue otros intentos,
Mas yà sù edad de veras ocupada
De lo que es passatiempo està oluidada,

Telemachus apud Homerum cùm videret iuuenes varijs Musicæ generibus exerceri, noluit impedimento esse; atque discedens dixit, alijs hæc curæ sint, insinuans iuuenibus, qui otia honesta sequuntur Musicæ operam dare licere, non tamen sibi, cùm maturæ esset ætatis, & rebus iam serijs occupatus vitam ageret.

Cum

EMBLEMA XXXII.



Cui fulget magnis ſuprema potentia rebus,
Conuenit in primis cuncta modeſtus agat.
Irarum eripiat flammis ſua pectora, dumq;
Corrigit, vltrices nolit habere manus.
Nec ſua iuſſa velit rigidæ vim legis habere,
Laus erit vt iuſta ſint reuocanda prece.
Pluribus immites commiſit Roma ſecures
Sed vinctas cunctis ducere moris erat.

EMBLEMA XXXII.

El que tiene poder tenga templança
Dexe pasar la ira que es vn fuego
No quiera del castigo hazer vengança
Ni quiera lo que manda se haga luego,
Entereza sera que no mudança
Dexarse conuerse del justo ruego,
Que amuchos las segures fueron dadas
Mas no sin causa las trayan atadas.

Quàm sit modestia in primis obseruãda principibus, in his apparet, qui propter ingenij ferociam, et immanem sæuitiam nomẽ suũ inuisum posteris reliquerunt: Vnde Plutarchus in quodam problemate inquirens, quare secures ante Consules ligatæ gerebantur, non alia de caußa, docuit, quàm vt iræ, atque indignationi spatium daretur; saltem eo temporis, quo lictor eas expedire iubebatur.

His

EMBLEMA XXXIII.



His diadema notis, Qui te non nouerit, ille
Tollat humo, clarum, ſymbola noſtra ſubit.
Hoc olim docuit nos conſtantiſſimus heros,
Dum nihili oblata ſceptra ſuperba facit.
Quin manibus nitidũ cũ iã velamen haberet:
Quod ſacræ ſignum nobile frontis erat,
Sic ait, O nimium ſplendens, & nobile velum
Sed quod nil tanto munere ſortis habes:
Si quiſquã ærumnas noßet quas ingeris atras,
Ante oculos poſitum tollere nollet humo.

EMBLEMA XXXIII.

E nel ſuelo tendida la Diadema
Con vn ſentido mote, y elegante
El que non eonoçe te leuante
Viſtoſa, y de proueçho harà vna emblema
La qual ſalio de la bondad eſtrema
De vn varo tan entero, y tan conſtante
Que dixo quando ya tenia delante
Y en ſus manos la inſignia mas ſuprema
O venda muy mas noble que dichoſa
Si alguno por ventura conocieſe
Quan llenà eſtas de a fan y deſconſuelo
Viendote tan peſada y trabajoſa
Y aunque tendida y atus pies te vieſſe
No te oſaria leuantar del ſuelo.

Quã graue ſit onus Imperij, celebre illud Antigoni dictum à Valerio relatum, et in pictura noſtra expreſſum ſatis oſtẽdit. Illũ enim, prius, quàm capiti ſuo diadema imponeret, retentum diu dixiſſe ferunt. O nobilem magis, quàm felicem pannum: quem ſi quis penitus cognoſcat, quàm multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſerijs ſit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet.

Damo-

EMBLEMA XXXIIII.



Damocles laute assistens ad pocula cœnæ
Deuinctus sacro Regis honore caput
Credidit Imperij nil sorte beatius esse,
Et cupit in solio posse manere diu.
Sed postquam filo pendentem conspicit ensem,
Instare & capiti tristia damna suo,
Protinus ex alto solio discessit, & inquit
Rex sit qui ignorat quid sit & esse cupit.

EMBLEMA XXXIIII.

Siendo Democles como Rey ſeruido
Y viendo el aparato, y la riqueza
Y el regalo que ſiempre auia ententido
Agrado le en eſtremo la grandeza
Mas quando vio la eſpada que a tenido
Preſa de vn hilo ſobre ſu cabeça.
Dexo el trono diziendo Rey ſe ſea
Quien no ſabe lo que es y lo deſea.

Qui perpetuis ſubiacent inſidijs, & periculis, adeò vt inter delicias latentem mortem videāt imminere, nihil voluptatis habere poſſunt, quamuis ad Regiæ dignitatis culmen peruenerint. Quod quidem breui expertus Damocles Dionyſii Paraſitus mēſa, & throno regijs exceptus ſub enſe a filo tenui pendenti obiturus exclamauit: Abſit à me tale quicquā; regnumq; affectet, ac cōſequatur, qui ignorat quid ſit, & tamen appetit.

Iurgia

EMBLEMA XXXV.




Iurgia certantes Bombix, & Aranea miſcent,
Deducunt quoties ſtamen vterque ſuum.
Ille autē, o turpis quis ſe mihi præferat ĩquit,
Stulta ne tu confers vellera fuſca meis?
Quidne, tibi quicquā reſpōdit Aranea prodeſt,
Quod magis ingenio, quod magis arte vales?
Ad vitam ſapio, tu letho incumbis, ego amens
Sic viuo, & prudens tu ſine mente peris.

EMBLEMA XXXV.

La araña, y el gusano de la seda
Vn tiempo competieron, y el dezia,
Neçia y torpe? que ingenio aura q̃ pueda?
Y gualar al primor del arte mia
Y ella dixo, pues bien? que bien te queda
De ingeniar en tu daño noche y dia?
Yo passo y tenga ingenio quien quisiere
Que el neçio viue, y el discreto muere.

Mirum est, quàm seipsum profundis cogitationibus excruciet, quicũque in aduersis singula ad mentis suæ trutinam expendere conatur. Multa enim inueniet, quæ animum offendant, & vix quicquam occurret, quod non displiceat. His autem, qui cõmuni sunt ingenio, nihil tale eueniet: ex quo Araneæ, & Bombicis noster non illepidus Apologus ortum habuit.

EMBLEMA XXXVI.



Si fortè ignoras qui ſim dum munera præſto
Officio (vt cernis) longè aliena meo,
Nil mirum, quando paupertas indiga rerum
Sæpius haud vnum munus obire facit.
Namq; vni intentus quod ſolum ſeruiat vnus
Efficere id ſolum diuitis aula poteſt.

Sino

EMBLEMA XXXVI.

Sino me conoceis por que occupado
Me veis a qui en officio differente
Del que era proprio, y en que fui criado
Es por no poder mas la pobre gente.
Que para cada officio ſeñalado
Auer quien ſirua ſolo ſe conſiente,
En la caſa del rico poderoſa
Que ay vno y muchos para cada coſa.

Propter exemplum Ariſtotelis in obeliſco, & lichno ſimul iūctis excogitatum, figura hæc depicta eſt: Vt qui ad pauperiem ſua ſorte, (vt arbitrātur) aduerſa, deuenerint, nō otia ſectari, ſed tempori inſeruiendo vni, & multis officijs operam nauare moneantur.

Iſis,

EMBLEMA XXXVII.



Isis, & a Pharia veneratus gente Serapis
Admisere aris Sigaliona suis.
Scilicet ut moneat, digito dum comprimit ora
Exprimat ut nemo, qui prius extiterint.
Sic quidam ex tenui sublati sorte superbi
Sese sceptrigeros, semideosq; putant.
Oblitique sui, malefida silentia quærunt,
Audeat ut nullus dicere, qui fuerint.

De

EMBLEMA XXXVII.

De la gente del Nilo venerados
La Isis, y el Serapis an querido
Estar con el silencio acompañados
Que muestra no se diga lo que han sido.
Y tales son a quellos, que oluidados
De si con la fortuna que han tenido
Sin obligar a nadie con llaneza
Pretenden que se oluide su bajeza.

Sub antiqua Isidis, ac Serapidis forma vnà cum silentio super altari collocata, tanquam ex curru veteri notari licuit illorum infamiam, qui ad fortunæ libitum incraßati, & dilatati sunt, & alios se nobiliores aspernãtur. Nec licet cuiquam commemorari sordidi prioris ipsorum status: quo debuerant benefactis omnes allicere, vt ex propriæ virtutis meritis, quicunque natalium defectus obliuioni traderentur.

Iam

EMBLEMA XXXVIII.



Iam bona mixta malis vaſe interclusit eodem
Pandoræ & fidei Iuppiter ipſe dedit.
Sed poſtquã admonuit ne detegat atq; receſſit:
Illa moræ impatiens nititur inuetitum.
Protinus, & ſuperũ vidit bona tẽdere ad oras,
Et mala ad infernos precipitare lacus.
Et quia ſegnipedes labris hæſere relicti,
Hic nobis ſolum ſpeſq; metuſq; manent.

Vnà

EMBLEMA XXXVIII.

Vna vaſya en guarda dado auia
De bien es y de males a Pandora,
Iupiter auiſando que cumplia
No deſcubrirla mas no vio la hora
De abrirla con que buelan aporfia
Los bienes ado el bien eterno mora,
Los males al inferno caminaron
Y eſperança, y temor ſolos quedaron.

Nec vera bona eſſe in terris, nec etiam vera mala, ſiue de rebus proſperis, ſiue aduerſis agamus, doctrina eſt ſacris literis demõſtrata. Vnde ꝓfani authores potuere multa deſumere, quæ noſtris cõuenire videntur: qualia ſunt, quæ de Pandora, atq; eius dolio memorantur. Quibus docent tantùm ſpem bonorum, & malorum timorem apud nos remanſiſſe.

Qui

EMBLEMA XXXIX.



Qui ſemel incuruo glebas inuertit aratro,
Impleuitq; auidam meſſe decente domum,
Non bene contẽtus rurſum intermiſſa fatigat,
Iugera, & aſſiduo vomere findit humum.
Speq; noua allectus quæ iã collegerat ante,
Hæc eadem lætus ſemina mandat agris,
Talis vita hominũ, ſeritur, metiturq; viciſſim
Donec ad immenſas perueniatur opes.

Elque

EMBLEMA XXXIX.

El que auiendo la tierra cultiuado
Cogio della ya el fruto conueniente
Siempre se le hizo poco y con cuydado
Buelue a romper el suelo diligente.
Y de nueua esperança conbidado
Lo mismo que cojio buelue en simiente
Y assi se siembra y coje en esta vida
Hasta alcançar el fructo sin medida.

Qualia quis seminauerit, docuit nos Paulus, talia & metet. Cumque homini hoc in mundo nihil veri honoris, & fructus sit relictũ, sed ad vitam aspiret æternam: quodcunque illi pro conditione, atque suo statu agendũ est siue bonum, siue malum (vt dicitur) fuerit, in semen bonum conuertatur, est necesse. Neque his, quæ huius vitæ sunt, contenti simus: sed quod frequentius eueniet, in lacrymis sic seminare studeamus, vt tandem cum exultatione metere possimus.

Mensuram

EMBLEMA XL.



Mẽsura, & Tempus quõdam discrimine lõgo:
Certarunt, vtrum præfuit orbe prius.
Nam licet a prima metitur origine cuncta
Tempus, Mensuræ subiacet arbitrio.
Sed litem hãc dubiam natorum cura diremit,
Quos iunxit stabili fœdere vterq; parens
Ergo Polichronio tandem Moderatio nupsit,
Hinc, & perpetuo, sic moderata manent.

F Vn

EMBLEMA XL.

Vn tiempo el Tiempo tuuo differençia
Sobre la antiguedad con la Medida,
Por que estar le sujeto es euidençia,
Aunque el sujete quanto ay en la vida,
Mas esta tan dudosa competencia
Fue, con casar sus hijos feneçida,
Y assi Moderacion siempre estimada
Con el Durar perpetuo fue casada.

Diuturnæ plurimorum lites solent filiorum nuptijs dirimi. Ex quo effictum est Mensuram, & Tempus de antiquitate in iudicio contendisse: quod tempus omnia metiatur, sed à Mensura id ipsum definiri nulli sit dubium. Factumq; est, vt non antè discordia cessaret, quàm ipsorum filij matrimonio iũgerentur. Mensuræ quidem filia est Moderatio: eaq; Polichronio Temporis filio nupta omnibus ingeniosè demonstrat, verissimum esse, quod in prudentiorum ore versatur: Moderata durant.

Quid

EMBLEMA XLI.



Ex seipso bombix mira spectabilis arte,
Folliculum texit quo perit implicitus.
Contulit hoc illi vanus labor, explicat alter,
Vt liceat cultu nobiliore frui.
O sortem inuisam? quã quis vel morte requirit
Nec fruitur, partas vt ferat alter opes.
Heu quot nũc tumidi incedũt, quos esse beatos
Hæc eadem alterius sors miseranda dedit.

F 2 De

EMBLEMA XLI.

De ſu propria ſuſtancia a quel guſano
Artifice ingenioſo de la ſeda
Va texiendo vn capullo doſe enrreda,
Y muere en carçel hecha por ſu mano.
De ſolo eſto ſeruio el trabajo vano
A el, mas otro al fin lo deſenrreda
Y diſpone de ſuerte que ſe pueda
Honrrar con ello el noble, y corteſano.
O duro afan, o deſuentura fuerte
Morir por tener algo y no gozallo,
Para que otro ſe goze con ſu muerte.
O quantos ay con ſedas y a cauallo
A quien dexo en eſtofa y buena ſuerte
La miſerable del que fue en ganallo.

Ingenioſum profectò bõbicis opus, quo pretioſa fila cũ vitæ diſpẽdio nectit, & ſe ipſum velut in cæco carcere incluſum cõprimit, vt alijs luxui ſit, & honori, eorum nobis ſimilitudinem præſtat, qui vel neceſſaria vitæ ſuæ adimunt, vt ditiores relinquant ſuos.

Dulci

EMBLEMA XLII.



Dulcisonũ tumidus vocat in certamina Phœbũ,
Marsia, confidit dum nimis arte lyræ.
Sed iam consertis manibus ad prælia vires
Languent, isq; animo deficiente ruit.
Quem Phœbus trunco direpta pelle reuinxit,
Quod stulte admisit noscat vt inde nefas;
Et doceat: Quãta infelix sibi dãna ministrat,
Prouocat æthereos qui sine mente, Deos.

EMBLEMA XLII.

El atreuido Marſias confiado
En ſu tañer propuſo deſafio
Al Dios Apolo, y eſte començado
A Marſias ſe acabo ſu fuerça, y brio:
Y el Dios le deſollo, y aun tronco atado
Le dexa a contemplar ſu deſuario,
Moſtrando quan coſtoſa es la imprudencia
De querer con los Dioſes competencia.

Nuſquam eſſe cum maioribus contendēdum, ratio ipſa dictat omnibus, ni malint temeritatis pœnas luere. Huius olim Marſias exēplo fuit: qui Muſicæ ſtudioſus, inflandiſq; tibijs aliquid edoctus ad ſingulare certamen Apollinem prouocauit. A quo facillimè ſuperatus, & exutus corio ad truncum alligatus derelinquitur, vt vel inuitus doceat, quā ſit temerarium cum Dijs contentionem gerere.

Non

EMBLEMA XLIII.



Non vita est vllis hoc nostrum viuere triste
Perpetuis plenum solicitudinibus.
Hic sita nulla quies, donec quis morte beata
Inueniat requiem conditus in tumulo.
Vtq; auis ima petit, mox vt se attollat in auras
Corpore sic posito spiritus astra petit.

EMBLEMA XLI II.

No es vida a questa vida trabajosa
Llena de afan miseria y desconsuelo,
Do ninguno descansa ni reposa
Hasta que bien muriendo viene al suelo:
Qual aue que se abate codiciosa
De poder alcançar mas alto buelo,
Que assi el biuirse alcança y desta suerte
La verdadera vida està en la muerte.

Si reuera omnes experimur, nihil in vita certius inueniri, quàm ærumnas, & solicitudines, ratio ipsa exigit alibi depositã esse beatitudinis sedem, atque quietem, vti veritas ipsa docet; pro qua nihil indigni erit, labores quoscunque pati, vt post mortem ad æternã requiem peruenire valeamus.

Vndan-

EMBLEMA XLIIII.



Vndantis fluuij ad ripas, & glauca fluenta,
Aurea quæ hesperijs antra dedere suis,
Liuore inuito translata ascendit ad auras
Arbor, & vmbrosas pandit amæna comas.
Cũq; exusta malis bruma quateretur iniqua,
Visa fuit nimio iam perijsse gelu.
Ast vbi cessit hiems, vernisq; induta reuixit
Floribus, infelix inuidus obstupuit.

Al

EMBLEMA XLIIII.

Al corriente del rio caudaloſo
De las doradas cueuas deriuado
A peſar de la embidia victorioſo
Y ua creſciendo el arbol traſplantado:
Y con vn rezio inuierno al inuidioſo
Le parecio que ya quedaua elado,
Y auiendo el tiempo y la ſaçon venido
E loſe quando vio que auia floreçido.

Sumpta occaſione à diuini vatis ſentẽtia, vbi dicit: & erit, tanquam lignũ, quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ, præſens Symbolũ delegi: cùm apud meũ Didacũ agerẽ, & poſt aduerſa aliqua nonſine multorũ inuidia officÿs, et honoribus in dies adauctus maiora ſperarem. Aurea antra caueæ rubeæ dicũtur, vt clariſſimum familiæ nomen deſignetur: quæ in Hiſpania, in Regno Caſtellæ, dũ adhuc ſub Comitibus eßet, nobiliſſima extitit. Liliumque album in viridi campo pro inſignibus gerit, vt ex vetuſtiſſimis monumentis conſtat: quæ adhuc in proprio eiuſdem familiæ Sacello viſuntur, quod in eccleſia oppidi de Couarruuias apud Burgẽſes ſitũ eſt.

Deiota-

EMBLEMA XLV.



Deiotarus Princeps, quo non crudelior alter,
Qui tinxit proprio ſanguine tela, manus,
Vnus vt ex natis ſolus ſua ſceptra teneret,
Extinxit reliquos, truxque peremit aquis.
Hos Amphitrite mœrens excepit in vndis,
Cum ſimul, & terræ ſigna dolentis erant.
Inde pater Vitis dictus, verum iſta reciſos
Iam deflet natos, non tamen ille ſuos.

Deio-

EMBLEMA XLV.

Dey otaro cruel qual fue ninguno
 Aũque en ſi miſmo el hierro enſangrẽtaſſe
 Porque todos ſus Reynos heredaſſe
 De los hijos que tuuo ſolo vno,
Los demas todos ſin dexar alguno
 Hizo matar, y por que no que daſſe
 Raſtro dellos, no quiſo los guardaſſe
 Su tierra y ofreſciolos a Neptuno
Las ondas con dolor los reçibieron
 Y ayudòlo à ſentir la tierra toda,
 Mas no por eſto el padre ſe arrepiente.
Semejante ala vid quando ſe poda
 Dexandola vn ſarmiento le dixeron
 Mas no tuuo el dolor que a queſta ſiente.

Deiotarus apud ſuos vir inſigni ſæuitia eſt habitus, quòd vno relicto filio in Regni ſucceſſionem reliquos omnes interemit, & propterea vitis eſt appellatus: quæ vno ſibi relicto palmite, reliquis orbari ſolet. Verùm iſta dolorem, quem ille non habuit, cõtinuis emiſſis lacrymis oſtendere conſueuit.

Quid

EMBLEMA XLVI.



Quid ſim vel fuerim neſcis ſi forte viator,
Priſcorum annales, marmora & ipſa docēt.
In quibus Herois durat per ſecula nomen,
Quod ventura queat nulla abolere dies.
Truncus ego Marij deuicto ex hoſte tropheum
Cuius ab exuuijs iam decoratus eram.
Exemploq; meo, faſtu quandoque ſuperbit
Vilior, aſt alium non facit vllus honor.
Nam ſi perſona ſors denudauerit illum,
Protinus oſtendet quam mage truncus erat.

Si

EMBLEMA XLVI.

Si de ſaber quien ſoy tienes deſeo
Podratelo dezir qualquier hiſtoria,
Do ſiempre vençe al tiempo la memoria
De vn varon excellente Semideo,
De Mario ſoy el inclito tropheo
Quando del Rey Iugurta vuo victoria
Cuios deſpojos por eterna gloria
Adornaron vn tronco toſco y feo.
De donde as de entender que auezes tiene
El hombre neſcio y baxo por ſu eſtado
Honra que aunque le adorne no le muda.
Y ſi deſpues algun deſman le viene
Que de ſu perſonaje le deſnuda
Deſcubre, que es vn leño mal cortado.

Siquis immeritus ad honoris faſtigiũ peruenerit, et variãte fortuna vices, illius indignitas apparuerit, iure ſimilabitur nodoſo antiqui trophæi ſtipiti hoſtium exuuijs induti: Quæ à prætereuntibus ablatæ, vel temporis tractu conſumptæ oſtendunt cunctis rudem atq; viliſſimum eſſe truncum.

Templum

EMBLEMA XLVII.



Templum olim priſci ſacratum diuite cultu
Deprædatori conſtituere Ioui.
Exuuias vt qui victo retuliſſet ab hoſte,
In partem prædæ conuocet ille Deum.
Et cùm victorem victus ſtrauiſſet, is ipſe
Sacrabat rurſus munera parta Deo.
Sic ſcelerata domus, quà præceps alea feruet,
Nunc has, nunc illas depopulatur opes.

De


EMBLEMA XLVII.

De Iupiter deſpojador llamado
Vn rico templo antiguamente auia,
Donde el que a ſu enemigo auia robado
Vn don de los deſpojos ofreſcia.
Y dandoſe tambien de lo cobrado
Todo ſe lo lleuaua, qual oy dia
Se lleua de los juegos el dinero
La caſa del infame tablajero.

Aleatoriæ domus perniciem omni Reip. inuiſam taxari licuit ſumpta à deprædatoris Iouis metaphora: quem, vt Maro prodidit, in partem lucri inuocare ſoliti erant Romani. Cumq; inter eoſdem tot ciuilia fuerint bella, non mirum, ſi ex varia præda ditatũ fuerit templum, & Deprædatoris nomẽ acquiſierit.

Quam

EMBLEMA XLVIII.



Quam propter tumulũ defixã conſpicis haſtã,
Funera traiecti ſignat inulta viri.
Fixa ſolo, & ſumma reſpectans cuſpide cœlum
Vtrinq; vltrices poſcit adeſſe manus.
Certa etenim ſummo lex eſt ſancita tonante,
Vt qui alium cædit, cæſus & ipſe cadat.
Et licet obſcuras ſibi quis delegerit vmbras,
Admiſſi pœnas perditus ille dabit.

G El

EMBLEMA XLVIII.

La hasta que en la tierra veis hincada
Iunto al sepulchro y ala cabeçera,
Es señal de la muerte no vengada
Que de la tierra y a vn del cielo espera
Vengança tal, segun ley ordenada
Del mismo Dios, que quien matare muera,
Y aunque esto vuiere sido en vn desierto
Tema el culpado su castigo cierto.

Ad eius sepulcri caput, qui offensus dum viueret, inultus decedebat, affigi hastã antiqui fuit moris: quasi à terra, vel à cœlo venturã expeteret vindictam, cunctosq́; admoneret, ne vllum vnquam offendere liceat. Nunquã enim sceleris vindicta prætermittitur: quia citius, aut seriùs quicunque alium læserit, diuina sic prouidente iustitia, pœnas luet.

Cum

EMBLEMA XLIX.



Cum primum Regna accepit Saturnius hæros
Fulseruntq; alto signa superba polo,
Cœlicolæ vario celebrarunt gaudia gestu
Certantes choreis, carmine, voce, lyra.
Sed postquam Chirō hinnitu impleuerat astra
Ausus semifera plectra mouere manu:
Offensi hinc superi grauiter nimis ista tulerūt,
Et grauius, magno quod placuere Ioui.

EMBLEMA XLIX.

Quando enel Reyno antiguo los pendones
Por Iupiter ſu Rey ſe leuantaron
Los Dioſes con eſtrañas inuenciones
La fieſta de la jura celebraron
Mas de ver a Chiron con ſus coplones
Relinchos y carreras ſe enfadaron
Y mas de que ſe diga que dio guſto
A quien canſarſe dello fuera juſto.

Graue quidem eſt inter ſapiẽtes, & inſtructiſſimos viros, inflatos quoſdam, ac ineruditos verba effundere, quos vana populi ſuperſtitio ſolet extollere. Sed illud grauius, ſi & principes verborum illecebris decepti eoſdẽ in aulas admittant, & honore dignioribus debito, infœlici proſequantur euentu.

Poſt

EMBLEMA XLIX.



Post bella, & magnos deuicto ex hoste triũphos
Sæpe quidem squallens occupat arma situs.
Insuper infractas consumunt otia vires,
Sic & militiæ deperit ars, & honor.
Sed quẽ laudis amor, clara et quẽ gloria pulsat,
Nunquam discinctus nudat ab ense latus.
Quod si aliquid tandem victoria postulat oci
Suspensa ante oculos prouidus arma tenet.

EMBLEMA L.

Suele oluidar el triumpho y la victoria
Las armas mismas con que fue ganada.
Y pierde, (non sin daño) la memoria
Del arte militar exercitada:
Mas quien pretende adelantar su gloria
Iamas del cinto sequito la espada,
Y si descanso la victoria pide,
Siempre la pone donde no se oluide.

Adeò in exercitatione virtutis occupatis, gloriaq; cupidis inuisum est otiũ, ut si quando deuictis hostibus optata pace frui liceat nunquam à latere arma deponant. Quòd si adhuc victoria quicquam otij permittit, ante oculos suspendunt, ut si quando opus eis fuerit, præ manibus habeant.

EMBLEMATVM MORALIVM

D. IO. HOROZCII COVARVVIAS, ET LEYVA,

EPISCOPI AGRIGENTINI.

LIBER TERTIVS.



PROLOGVS.

NON parùm ad laboris leuamen in hac librorum compositione, conferre solet commoda ipsorum partitio, quæ authori, atq; lectoribus, velut quidam operis terminus, & quies videtur esse grata. Prætereà cùm iam ad idoneum corpus liber deuenerit, numerus in vltimo, & eo quinquagesimo Emblemate suadet hunc esse præsentis, & sequentium librorū limitem designandum: atque id, propter finem, quem in singulis ad morū profectū desideramus: nēpe vt ad vitæ perfectionē peruenire valeamus, in omnibus Deo ipso interueniente, atque perficiente. Sine quo nihil vnquam perficitur, sed potius conficiuntur omnia, & in nihilum rediguntur. Hoc nos quinquagenarius numerus mirabiliter docet, qui à septimo in seipsum ductus ad quadraginta nouem deuenerat, neque compleri poterat, nisi vno apposito. Hæc autem vnitas Deum significat, qui vnus omnia complet, atq; omnia perficit.

Con-

EMBLEMA I.



Cor sublime volans scopuliq; in vertice mitra
Præsulis hæc sunto symbola vera sacri.
Quem licèt incursus ventorum turbine vexet,
Nubibus & summis Iuppiter ipse tonet.
Vt qui corde gregem toto speculatur ab alto,
Esse nimis cautum peruigilemq; decet.
His ergo illustris signis celebrabitur ille,
Pro meritis superum cui datur arce frui.

El

EMBLEMA I.

El coraçon en alto leuantado
Sobre el peñasco que la mitra tiene
Seran la insignia propria del Prelado,
Pues aunque mas vẽtisque llueua y truene
Como atalaya y guarda del ganado,
Velar y desuelarse le conuiene.
Y del que goça en premio eterna gloria
Adornarà su impresa la memoria.

Episcopi nomẽ, & officium mitra scopulo imposita designatur. Sic enim in alto vertice speculatur Episcopus, vt eum nulla temporis, vel inimicorum iniuria à peruigili custodia debeat auertere. Quod satis expressum est in illo Canticorum: Ego dormio, & cor meum vigilat: Quæ pastoris nostri, & animarũ nostrarũ Episcopi sunt verba, singulos admonentis, præcipuè Dominici gregis Pastores, vt ouibus sibi cõmissis perpetuò inuigilent: Quod Didacũ nostrum effecisse omnibus esse notissimũ minimè dubito. Ideoq; in scopulo eius nobilitatis insignia sunt insculpta, vt eã ob rem in enarratione nonnulla virtutum eius merita exprimantur.

Vrna

EMBLEMA II.



Vrnæ adsũt geminæ noſtro hoc ĩ pegmatæ fictæ
Ex quibus hanc plenã conſpicis, hanc vacuã,
Quas ſemper vario diſpenſant ordine Parcæ,
Dum bona vix ſtillant proÿciuntq; mala:
Scilicet vt diſcant fauſtis moderantius vti,
Quos & in aduerſis ſubſtinuiſſe decet.

Dos

EMBLEMA II.

Dos vasijas que veis aqui pintadas
Là vna dellas llena otra vazia
Sabed que estàn a cargo de las hadas
Que el bien, y mal reparten noche y dia,
El bien que es poco dan acucharadas
Y del mal no ay medida ni la auria,
Mandan se sufra el mal y por medida
Se goze el bien que puede dar la vida.

Vitreæ phialæ, altera boni altera mali sub oculos proponuntur: quæ quidem mali est semiplena, quæ verò boni, penè vacua apparet. Diciturque hac in vita stilla boni duntaxat dari, mali (vt cōstat) plenior mensura. Quapropter secundis in rebus abstinēdum, parcè vtēdo bono, quod rarum est: sustinendum autem in aduersis malum, quòd frequentius sit, & abundantius.

Vana

EMBLEMA III.



Vana superstitio qua se veneratur ineptè
Præferri & cunctis quisque superbus amat
Vt fertur magnum sibi cõparat vndiq; censũ,
Momentoq; suas temporis auget opes:
Cùm valeat fruges cunctorum frangere saxo,
Quod vanus celeri ventus ab orbe rotat.
Huc omnes dũ fama vocat, per cõpita feruent,
Et molitum properant hic magis, ille minus.

La

EMBLEMA III.

La vanidad que en todo el mundo mora
Y en los mas principal quiere ſu aſiento
Vna gran ſumma dizen que ateſora
Por lo mucho que gana en vn momento
Con vn molino, que aunque ſea adeshora
Quanto quiſieren muele con el viento
Y a fama deſto los caminos llenos
Van todos a moler qual mas qual menos.

Vanitas, quæ diuinis in literis multa ſignificat, quemadmodũ in huius Emblematis enarratione diffuſius explicatur, quandam etiã mentis gloriæ cupidæ leuitatem denotat: à qua vix perfectæ virtutis viri valeant liberari. Deſcribitur autem ſub hoc ſchemate, frumentaria mola a ventis agitata: ad quã omnes accedere dicuntur triticum in ſacco geſtantes, alij quidem plus, alij verò minus.

Quid

EMBLEMA IIII.



Quid nõ sperabit mens nata ad culmina rerũ,
Cui clarum, e cœlo contigit ingenium?
Quid nõ? si in celebri resplendet origine virtus,
Quæ sola est cunctis vnica nobilitas?
Quod potuit, natura dedit; verũ iuida magnis
Ingentes animos sors inimica premit.

Que

EMBLEMA IIII.

Que no podra pensar vn pensamiento
Di quella mente altiera acui natura
Dio vn leuantado y claro entendimiento
Qual il ciel chiaro senza nube obscura?
Que no? si sobre honrroso nacimiento
Virtù resplende nobiltà sicura;
Pues no pudo dar mas ni ser mas franca?
Pensier auança (hoyme) fortuna manca.

Flosculus pensier apud Hispanos, et Italos appellatus nominis allusione mẽtis conceptum significat. Et in hac figura, vbi altera manu vir armis indutus florẽ ostendit, animum ad magna paratum denotat ita vt quodãmodo excedat, vt sic themati consonet, Pensier auãza, reliquum verò thematis fortunæ aduersitatem incusantis cõfracta rota semper deficiens demonstrat.

Hæc-

EMBLEMA V.



Hæccine IeZabel ſoboles pulcherrima Regis?
Egregius formæ ſic abit omnis honor?
Siccine mutatus decor eſt? quis talia cernens
Perpetuis oculos temperet a lachrymis?
Heu ſortem infauſtam? vates prædixerat ante
Quam dire a canibus dilaceranda foret.
Infelix anima en canibus deuota barathri
Ah quantum es noxis dedecorata tuis?
Quis lacerã agnoſcet, lachrymis nec dicat obor-
Hæccine IeZabel filia regis erat? (tis,

H Es

EMBLEMA V.

Es Iezabel aqueſta por ventura
A quella hija del Rey preciada tanto?
Y en eſto ſe ha trocado ſu hermoſura ?
O caſo digno de perpetuo llanto.
A quien no da dolor y cauſa eſpanto
Ver aſi mal tratada tal figura
Y ver que ſegun dixo el viejo Santo
Los perros le ayan dado ſepultura ?
O alma por tus culpas entregada
A los rabioſos perros del infierno
Que duro afan, que deſuentura es eſta ?
Quien te conocera tan deſtroçada ?
Quien no dira por ti con llanto tierno
Es por ventura Iezabel aqueſta ?

Mens Deo primùm oblata, et tãquã ſpõſa Regio diademate coronata cùm infelici ſua ſorte ſtatu ſuo, & diuinæ gratiæ ſplendore priuatur, tortoribuſq; dilacerãda traditur, figurã habuit in IeZabele Regis filia. Quæ propter nimiam ſuperbiam iuſſa præceps agi a canibus ſic dilacerata eſt, vt à prætereuntibus admiratione, & miſeratione commotis diceretur, Hæccine eſt illa Iezabel?

Aetna

EMBLEMA VI.



Aetna ut perpetuis deperdit viscera flammis,
Nutrit & æternas in sua damna faces;
Tristia tabificus consumit pectora liuor,
Assidueq; suo læsus ab igne furit.
Nam perit alterius rebus malesanus opimis,
Quoq; alij exultant, liuidus usq; dolet.
Suppliciumq; luit, quo non immanius ullum
Passa truces dominos Sicelis ora tulit.

EMBLEMA VI.

Si el Ethna en biuas llamas ſe deshaze
Abraſandole el fuego noche y dia
Y aſi miſmo y no a otro daño haze,
Tal es el fuego que la embidia cria,
En quien el bien ageno a ſi deſplaçe
Que le quita el contento y alegria,
Caſtigo que el ſe toma por ſu mano
Qual no inuentara el mas cruel Tirano.

Notum eſt illud Horatij Tyrãnos Siculos maius inuidia tormentum non inueniſſe. Hæc ſolita eſt Aetnæ mõti comparari, qui intra ſua viſcera flammas nutriens ſeipſum conſumit. Vnde etiam omnia mala ineſſe inuidiæ dicuntur, ſolumque hoc adeſſe boni, quod inuidus à ſeipſo ſceleris ſupplicium deſumit.

EMBLEMA VII.



Hic vbi perpetua constant caligine noctes,
Et fusca assiduis quæstibus antra fremunt;
Sisyphus ex imo fert saxum ad culmina mõtis,
Quæ iam contingens protinus ima petit.
Cumq; graues iterum cogatur adire labores,
Nunquam væ misero contigit vlla quies.
Nõ secus ambitio si quẽ premit ardua quærẽs,
Sit licet è cœlo iure repulsa, manet.

EMBLEMA VII.

Do ſiempre habita noche tenebroſa
Donde jamas el llanto ſe deſuia
Vn gran peñaſco Siſypho porfia
Subir por vna cueſta trabajoſa.
Quando le falta poco (eſtraña coſa)
Se le buelue a caer, y ſu agonia
Comiença con que el triſte noche y dia
Vn momento ſequiera no repoſa.
Tal es la ſuerte del que eſta ocupado
En vanas pretenſiones deſta vida,
Y afana por llegar a do pretende,
Que quando le pareçe que ha llegado
El caſtigo de Dios ſe lo defiende
Sin que de ſus cuidados le deſpida.

Non ſecus ac inuido, contingit ambitioſo ſeipſum inani labore cruciare. Vnde Siſypho cõparatur, qui apud inferos immane ſaxũ ad montis verticem attollere conatus, vbi ſe rem adeptum credit, relabente ſaxo, ad imas radices compellitur deſcendere: vt inde rurſus laborioſum pondus incboet, nec vnquã à tam caſſo labore deſiſtat.

Cum

EMBLEMA VIII.



Cum pater Arsenius rigidæ iam mortis adiret
Limina, non vlli diffugienda viro,
Annuat vt precibus, atque vt soletur amicos
Dixit, IBI primùm protinus inquit VBI.
Scilicet affectu sub sint IBI fixa perenni
Corda, VBI (non dubiū,) gaudia vera manēt.

EMBLEMA VIII.

Como cercano el padre Arſenio fueſſe
Ala muerte de quien nadie ſe eſconde
De los ſuyos rogado les dixeſſe
Con que ſe puedan conſolar reſponde
Lo que oxala de todos ſe entendieſſe
Y fueron dos palabras ALLI, DONDE.
Y es que ALLI el coraçon ſiempre eſte fijo
DONDE eſta el verdadero regozijo.

Solent parentes iam ab hac vita migraturi filios earum rerum commonere, quas ſemper memoriter complecti oporteat. Quapropter pater Arſenius inter eremi cultores præclarus eo tempore à ſuis vehementer obſecratus aliquid memoria dignum illis relinqueret, hæc duo tãtùm verba protuliſſe fertur, IBI, VBI, recordatus eccleſiæ orationis, qua petimus à Deo, vt ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia.

Tam

EMBLEMA IX.



Tam lenem clarus nobis ſe oſtendit Iberus,
 Vt ſileat curſum quà mare verſus agit.
Non ſic exiguus Clamores, garrulus alto
 Murmure, & immũdis sẽper oberrat aquis,
Ecquis ferre queat conantem fallere plebem,
 Dum quæ vix didicit, protinus ore vomit?
At grauis, & prudens, toto iam notus in orbe
 Mirum quàm, ſtolido ſtulta loquente, ſilet.

Tan

EMBLEMA IX.

Tan manſo ſe nos mueſtra el claro Ibero
Que apenas ſe conoçe adonde guia
Y vereis Clamores tan parlero
Quanto turbio correr la noche y dia:
No ſe puede ſufrir el palabrero
Que tiene con dos letras fantaſia,
Viendo tan ſin ruido y tan callados
Los que ſon enel mundo ſeñalados.

Iberus inſignis Hiſpaniæ amnis, tacitus profundo alueo profluens, vnà cũ fluuiolo quodam Segobienſi, cui à re ipſa nomen eſt Clamores, quòd æquè clamoſus ſit, atq; turbidus, hic introducitur. Ad eòrum exemplum, qui cùm doctiſſimi ſint, præ modeſtia diſſimulãt, quibuſdam ſciolis, inanibus verbis, corã ipſis temere obſtrepentibus.

Quid

EMBLEMA X.



Luſcinia vt meritas valeat perſoluere grates,
Ante hominem reſono dulcius ore canit.
Iudice quo tandem tribui ſibi cernit honores,
Quos prius in ſtolido perdidit arbitrio.
Nã quãdo Cuculus vocat ad certamẽ, aſellus
Eligitur longis arbiter auriculis.
Quos poſtquam audiuit, craßo ſic ore loquutus,
Quod de more notis protinus excipitur.
Inuenio Cuculum modulantem voce ſonora
Luſcinia haud video, ſtridula quid reſonet.

Del

EMBLEMA X.

Del Ruyſeñor ſe dize, que en preſencia
De l'hombre canta con mayor cuydado
En gracias de le auer deſagrauiado
Apelandoſe ante el de vna ſentençia.
La qual ſedio ſobre la competencia
Del Cuclillo con el ſiendo nombrado,
Por Iuez el Baçhiler mas ſeñalado
De orejas grandes y de gran preſençia.
El qual la vna y otra parte oyendo
Como letrado ſin mas diferillo
Eſta ſentencia dio y mando eſcreuilla.
Hallo viſta la cauſa que el Cuclillo
Canta bien canto llano que lo entiendo
Que lo del Ruyſeñor es tarauilla.

Notior ē luſciniæ, & cuculi fabula, quàm poſt carmina, quibus amplè narratur, repetere ſit neceſſe. Verùm illius affabulatio, et ſimilitudo ſtolido iudici nō ſemel eſt cōſiderāda: ſaluēdumq;, ne tales noſtris iudicijs præſint, ad quorum auriculas iuris apices nondum peruenere, ſed ne communes quidem animi conceptiones: præter vulgatas quaſdam regulas, quas memoria retinent, & frequēter referre non erubeſcunt.

Dulce

EMBLEMA XI.



Dulce onus Anchisæ patris per tela per ignes
Aeneas humeris sustulit intrepidus.
Nec timet ardentes flãmas, rabidumq; furorẽ,
Sed sibi securo tramite pandit iter.
Audacem faciebat Amor, quo sospite cernas
Præcipites semper sic procul ire metus.

Por

EMBLEMA XI.

Por medio de las llamas animoso
Passa la dulce carga sin reçelo
Del viejo padre ansiado y temeroso
Eneas lleno de piadoso zelo.
No teme el fuego ni el furor rabioso
Que todo lo igualaua con el suelo
Y el grande amor le haçe tan valiente
Que donde esta ningun temor consiente.

Quantùm sit à natura insita filiorum erga parentes pietas, suo voluit Aeneas exemplo cōfirmatum, per tela, perq; ignes, sublato in humeros Anchise. Quæ licèt metus horrida proponeret, amor intrepidus contĕnenda reputabat. Quo factum est, vt siquid in patriam defecisse fama esset, tali in patrem facinore omnem suspicionem aboleret.

Cum

EMBLEMA XII.



Cum te summe Deus traiectũ cuspide amoris
Et fixum ob culpas in cruce cerno, meas,
Agnosco heu quantũ est æternũ offendere numẽ
Sanguine si tanto crimina nostra luis.
Et quia dura magis frigent mihi pectora saxo,
Tundere iam saxo pectora dura licet.
Quod si non cedant, dabit hæc cõcussio flammas,
Vt mea mens flagret ignibus alme tuis.

Quando

EMBLEMA XII.

Quando os miro mi Dios de amor herido
Y por mi culpa en vna Cruz clauado
Siento lo que es aueros ofendido
Y lo que redemirme os ha costado:
Y hallandome con pecho endureçido
Mas que piedra con piedra, soy forçado
A quebrantarle y aunque se defienda
Sacar vn fuego que enel alma prenda.

Cuiusq; rei valorem, dignitatem, & meritum, si emi contigerit, pretium ipsum solet ostendere. Quæ enim vili constant, vilia dicuntur à cunctis: sicut quæ caro, rara, & pretiosa. Haud secus de animæ nostræ salute dicendũ: quæ cùm pretiosissimo Christi sanguine fuerit redempta, plurimi habenda est: neque in manibus gerenda, vt omni periculo sit exposita: Hoc nos Diui Hieronymi effigies admonet cõtinuo lapidis ictu percutientis pectus.

O varias

EMBLEMA XIII.



O varias hominum species, mirabile, quantum
Inter se distant moribus, ingenijs.
Ex quibus hos videas vesana ad iurgia natos,
Perpetuis vltro litibus implicitos.
Quos celare iuuat falsum sub imagine veri,
Omniaq; inuerti creditur artis honos.
Talis ad optati (rarum) vada limpida fontis
Deturbat sitiens vngue Camelus aquas.

EMBLEMA XIII.

Es coſa para ver la diferencia
De ingenios y de eſtrañas condiciones
Que ay algunos que prueuan la paciencia
Buſcando ſin propoſito queſtiones,
Solo el contradecir tienen por ſcientia,
Y contra la razon buſcan razones,
Son como los Camellos (coſa rara)
Que enturbian el beuer el agua clara.

Quàm procul abſint à ſapientia, hic oſtēditur quicunque magno conatu ſtudent nil certi habere, in omnibus dubitare, & doctiſſimis quibuſque repugnare: quamuis id faciant, nulla ratione ducti ſed fallaci quodam deſiderio ingenium oſtentandi. Sed reuera turpe ſibi nomen comparant, & nihil proficiūt, ſub præceptoribus licet peritiſſimis, & quibus adhibenda ſit fides, nihil firmi, nihilque veri addiſcentes. His aptè conuenit Cameli natura, qui minimè bibit, niſi prius fontis aquam ineptiſſimus vague fœdauerit.

EMBLEMA XIIII.



Forti animo nulloq; vnquā diſcrimine fracto
Mente etiam placida, quæ taciturna ſilet,
Spe quoq; migrandi, quo iā ſibi nō datur vltra
Fortuna vt liceat ſplendidiore frui,
Suſtinet atq; ſilet, & ſperat in omnia cautus,
Tempora quem longe proſperiora manent.

EMBLEMA XIIII.

Con fortaleça de animo inuençible
Mayor a todo trançe riguroſo,
Con vn ſilencio graue y apazible
Teſtigo del ſoſſiego y del reposo.
Y confirme eſperança en lo poſſible
De alcançar otro eſtado mas dichoſo,
Sufre, y calla, y eſpera el auiſado
Que para mejor tiempo eſta guardado.

In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra, præmonuit Eſaias. Vnde quibuſdam tradita eſt occaſio Symbolum effingẽdi, cum inſcriptione, In ſilentio, & ſpe. Verùm hic depicta eſt armata Pallas, digito ad os poſito ſeminans, vt ſimul omnia ſignificet, fortitudinẽ, ſilentium, & ſpem. Sic enim oportet prudentes, & integerrimos viros forti eſſe animo, quo poſſint, quæcunque aduerſa eueniant, ſuperare; & in ſilentio, ſine querela feliciorem ſtatum ſperare.

Clarior

EMBLEMA XV.



Clarior illuſtrat terras dum candida Phœbe,
Lætaq; conſpicuis nocte vagatur equis,
Frondoſam placida cernens propagine vitem,
In qua ſed nondum penſilis vua rubet,
Adiuuat hãc radijs fœcũdo & lumine mulcet
Matura vt niteat fructibus ipſa ſuis.
Sed non ij radij ſunt, quos ſibi poſcit acerbus
Botrus vt hinc dulci vina liquore fluant.

EMBLEMA XV.

Quando la Luna llena de hermoſura
La noche alegra y como aficionada
Mira la verde vid y ſu freſcura
Y vee no eſtar ſu fruta ſazonada,
Ayuda con ſus rayos y procura
Alcançe la ſazon tan deſſeada,
Mas no ſon eſtos rayos aunque aplazen
Los que ſon meneſter y ſatisfazen.

Adagium illud à Græcis deſumptum, Lunæ radÿs non matureſcit botrus, miram habet ſimilitudinem ad oſtendendũ Mũdi applauſus ad perfectionis gradum nulli prodeſſe: cùm ſolùm diuini numinis radÿ ad hoc poſſint adiuuare. Et rurſus, vbi principũ largitas expectatur, vanũ eſt, quod multi ex aulicis blandius aſſentientes opem ferre pollicẽtur, quam præſtare minimè valent.

Fantalis

EMBLEMA XVI.



Tantalis ausa Deos demens incessere, quondam
In rigidum lapidem versa repente fui.
Sed rursus Pario fictam de marmore vitæ
Reddidit insignis me manus artificis.
Omnia restituit miseræ mihi, sed sine mente,
Vt tandem ad viuum me magis exprimeret.

EMBLEMA XVI.

Porque offendi los Dioſes ſin ſentido
A no ſentir jamas fui condenada
Yo la hija de Tantalo affligido
De biua en dura piedra trasformada.
Mas el famoſo artifice ha querido
Que biua de ſu mano retratada,
Solo el ſentido le faltò de darme
Mas fue por mas al biuo retratarme.

Niobes imago ad viuum expreſſæ ex quodam græco epigrammate, quod Auſonius latinũ fecit, quandam ſimilitudinem explicat diuini numinis temere offenſi. Teſtatur enim, dũ viueret, ab iratis Deis in ſaxũ ſe conuerſam, ſed ingenioſi artificis induſtria denuo viuere, tamen ſine ſenſu, in quo verius ſe expreſſam fatetur, quia nec tunc quidem mentis erat compos, cùm Deos auſa eſt contemnere.

Cum

EMBLEMA XVII.



Cũ Deus omnipotens dignatur ſoluere quẽquã
Qui laqueis propter crimina vinctus erat,
Non licet ad noxam rurſus conuertere mẽtem
Reſpicere aut retro, ſed ſibi cautus agat.
Nam Lothi coniux neglecti numinis iras
Senſit, & in ſtatuam conſtitit acta ſalis.
Hæc illam ſtupidã tunc, & ſine mente figurat,
Et ſapere appoſito ſit ſale quemq; monet.

Quando

EMBLEMA XVII.

Quando tiene por bien el bien ſupremo
De reſcatar vn alma del pecado
En que biuio muriendo atada al remo
No ha de boluer el roſtro a lo paſſado:
Que en la muger de Loth ſe vio el eſtremo
De los zelos de Dios ſi es deſpreciado,
Que hecha eſtatua por ſer tam imprudente
Fue de ſal, por que en ella ſe eſcarmiente.

Adeò quædam deteſtanda ſunt ſcelera, vt ne nominari quidẽ, aut vllo modo in memoriã reuocari liceat. Et quia vnius ſuppliciũ multorum ſolet eſſe exemplum, permiſit quidem Deus eripi Loth cum ſuis vxore, & filiabus ab incendio, vrgente Angelo liberatore, feſtinarent, nec faciẽ retrouerterent. Sed inobediens vxor Loth vt primum auſa eſt oppoſitum, in ſalis ſtatuam viſa eſt mutari: vt inde diſcamus ab alieno capite periculum ſumere, ne (quod Deus auertat) à noſtro deſumãt alij. Hoc enim eſt ſalem, ideſt ſapiẽtiam alijs præſtare. quod nihil profuerit nobis ſimilis admonitio.

Amplexus

EMBLEMA XVIII.



Amplexus hederæ quæcunq; admiserit arbos
Mollibus assuetæ serpere blanditijs
Defficiens sensim solida virtute necesse est,
Vt compressa breui tendat in exitium.
Nouerit hinc quãtũ damnũ sibi cõgerat is, qui
Pellicis est falsa captus amicitia.
Quæ dire absumit cuncta & cũ sanguine vitã
Sic misero nomen, sic decus omne perit.

El

EMBLEMA XVIII.

El arbol que consiente compañia
De la yedra lasciua y halaguera
Gastando su virtud de noche y dia
Entre sus braços esforçoso muera,
Por que veays que haçe quien se fia
De la falsa amistad de la ramera
Que le consume y gasta sin medida
Honrra, salud, hazienda sangre y vida.

Complexus hederæ suffocantis arborem, quocunque vertimur in agris siue humana cura excultis, siue à natura variè productis frequenter videmus omnes. Quibus lasciui iuuenes, & effrænes impudentesq; viri, admonentur quàm sit perniciosa meretricũ cõsuetudo: quæ post exhaustam omnem supellectilem vitæ insidiantur eorum, quibus arctis amorum vinculis simulant se coniunctas: adeò vt immane periculum subeant, vbi miseri in huiusmodi insanos ruerint amplexus.

Si

EMBLEMA XIX.



Si primus magica Zoroastres polluit arte
Dæmonis infida functus amicitia,
Non impune tulit dira hæc cõmertia, quando
Tartareis flammis obrutus interijt.
Sic sibi qui talem comitem delegerit vltro,
Non alia speret conditione frui.

Si

EMBLEMA XIX.

Si Zoroaſtres Rey ſiendo enſeñado
Del enemigo nueſtro fue el primero
Que vsò las malas artes, bien pagado
Quedò de ſu maeſtro y compañero,
Pues dizen que del miſmo fue abraſado
Con fuego del infierno verdadero,
Que pago ha de eſperar quien del ſe fia
Sino es tenerle ſiempre compañia?

Abſit à nobis ab illo auxilium petere, qui perpetuo, & nondum ſatis excogitato nos odio proſequitur. Quamuis enim ſeductor ille cōmunis hoſtis nil non promittere ſoleat, vaniſſimam ſectantibus artem, quæ cum dæmonibus tractatur, eiſdemque authoribus multa aut ſcire, aut operari profitentibus, tamen re vera laquei ſunt, & retia ad decipiendos incautos, à quibus præter diuina monita auertere nos debent miſerrima illorum excidia, qui tale conſortium viuentes habuerūt.

Quam

EMBLEMA XX.



Quam ſibi iucundum delegit viuere quiſquis
Abdita perpetuis frondibus antra colit.
Vrbe procul vanas depellit pectore curas,
Vt valeat ſoli mente vacare Deo.
Quem non alliciat ſpirantis ſibilus auræ,
Et ridens viridi germine ſemper ager?
Hic vbi dulciſonis volucres cōcentibus auras
Mulcent, & placidæ conglomerantur aquæ:
Secli amet illecebras alius, alienaq; curet
Sollicitus, quiſquis non ſibi vixit adhuc.

Qnan

EMBLEMA XX.

Quan apaçible y deſcanſada vida
La del que enſoledad ha hecho aſſiento
Y dexando del mundo el cumplimiento
De Dios ſe acuerda y lo de mas oluida.
Aquien eſta freſcura no combida?
A queſte murmurar del manſo viento?
Eſta agua que apreſura el mouimiento
La muſica ſuaue no aprendida?
Sigan otros el mundo liſonjero
Sin biuir para ſi ſiempre occupados
En a quello que menos les conuenga,
Que quien para ſi quiere ſus cuidados
Dira, La ſoledad para mi quiero
Y todo lo de mas alla ſe auenga.

Quicunq; in ſua Rep. pro meritis euecti ſunt, inſeruiant oportet hilari animo, dum vires ſuppetunt, ætas adiuuat, & ſuorum patrocinia poſtulant. Verũ qui publicis oneribus perfunctus eſt, nec labores ſuos in pretio eſſe videt, conſultius aget ſi vitam ſibi delegerit priuatam, modò id abſq; dedecore, & incommodis valeat obtinere: vnde hoc emblemate vita ſolitaria plurimùm commendatur.

Omnia

EMBLEMA XXI.



Omnia diſſoluit tempus, nutuq; ſupremo
Voluitur in præceps quicquid in orbe vides,
Permanet ipſe Deus, in quo ceu fine quieſcit
Mens noſtra ad ſedes condita ſydereas.
Diſceſſumq; timens dubia in formidine viuit,
Sed vitam vitæ terminus ipſe probat.
Quod ſi omnes terret ius inuiolabile mortis
Iure etiam eſt cunctis vita timenda magis.

EMBLEMA XXI.

Al fin ſe acaba todo y toda coſa
Que no ſea para Dios ſe buelue en nada
Solo Dios permaneçe en quien repoſa:
El alma para Dios ſolo criada
Y temiendo el morir biue medroſa.
Mas pues conforme ha ſido la morada.
Tal es y ſiempre fue la deſpedida
Teman todos la muerte y mas la vida.

Sumpta occaſione à vite cuiuſdam templi parieti adhærēte ad cuius radicem oſſium defunctorū cumulus adiacebat, ortum habuit emblema illud, quod ſuperiori libro ſcriptū eſt: propter alluſionem nominum vitis, & vitæ. Qua ratione mutata ſententia hic vitis eadem oſtenditur, cuius verticem craneū occupat, & cum inſcriptione, Mortem in vita eſſe docet. Qualis enim quiſque fuerat, dum viueret, talem procul dubio habiturus eſt exitum.

Fida

EMBLEMA XXII.



Fida nimis statio magnæ est sine mænibus vrbi,
In qua perpetuis degitur excubijs.
Aeneus est illi constans vigilantia murus,
Qua procul hostiles arcet vbiq; minas.
Quæq; etiam propriæ virtuti innixa repēdit,
Quod tulerat damni non bene cauta fides.

EMBLEMA XXII.

Estando sin muralla esta seguro
El lugar do se biue con cuydado,
Y el velar cada uno es proprio muro
Qual con verdad pudiera ser llamado
Hecho (si alguno fue) de azero puro,
Que defiende y ofende, çimentado
En la propia virtud con que se alcança
Quanto suele perder la confiança.

Antiqui moris fuerat apud Lacedæmones vrbes apertas sine vllis mœnibus construi: ne murorum custodia ignauos habitatores redderet, quibus pro tutissimo munimine, vallo, & propugnaculis vna vigilantia, & armatorũ fortitudo satis esset ad hostes arcendos. Cuius commendatione præsens emblema depictũ est, nõ quod illorum opinio approbanda sit, sed vt quanti sit habenda vigilantia demonstretur.

Quid

EMBLEMA XXIII.



Quid fortuna boni Masinissæ contulit olim,
Dum rigida populos sub ditione premit?
Cui cum diuitiæ sceptrumq́;, aut fida parenti
Pignora vel Latiæ fœdus amicitiæ,
Nil prosunt, securus agat; malefidus in omnes
Seruandum canibus se dedit ille suis.

EMBLEMA XXIII.

En que eſtaua la dicha y la grandeza
De aquel Rey Maſiniſa yo que querria
Saber pues no baſtaua ſu riqueza
Su imperio ni los hijos que tenia
Ni aun la amiſtad de Roma y la nobleza
Con que a ſus aliados defendia.
Pues de todos muy poco aſſegurado
De perros ſolamente era guardado.

Quantùm ſit periculis, ac ærumnis Regius ſtatus expoſitus, non ſemel picta hæc poeſis cõmemorauit. Quibus addẽdum erit, quod hic figuratur in Rege Maſiniſſa: cui nulla ſatellitum, atque domeſticorum cohors ad vitæ ſecuritatem ſatis erat: multoq; plus fidei in canum cuſtodia repoſuit. Vnde plurimum habuit admirationis, ac euidentiæ argumẽtum parum illos, aut nihil fœlicitatis obtinere qui ad regalẽ faſtigiũ vel hæreditario iure, vel libero conferẽtium ſuffragio, aut alias quomodolibet peruenerint.

Ignota

EMBLEMA XXIIII.



Ignota immanis dum fert tormenta Tyranni,
Cui ſimilem nuſquam Cypria terra tulit,
Dixit Anaxarchus tūde hoc mihi perfide, tūde
Corpus, at inſanis ictibus vſq; premes.
Non me dum ſæuis, confringis, vincula ſoluis,
Sorte vt ſic valeam liberiore frui.
Fictile vas Tigris franges, ſed quod latet intus
Grande animi robur, frangere non poteris.

EMBLEMA XXIIII.

En medio del tormento nunca oydo
Dize Anaxarcho al mas cruel Tyrano
Que Cipro conoçio haz in humano
Haz que agolpes mi cuerpo ſea molido.
Que ſi por mi los as, en vano a ſido,
La fuerça que as moſtrado, a ſido en vano,
Si agolpes no dexares hueſo ſano
Quedarlo he yo, yen mi no auras podido.
Que pienſas o cruel que aqui deshazes?
La carcel donde yo eſtoy ençerrado
Y das me libertad con lo que hazes.
Quebrantaras o Tygre encarnizado
Quebrantaras el vaſo que es de tierra
Mas no el valor y ſer que en el ſe ençierra.

Singulare Anaxarchi fortitudinis exemplũ ſæpius à multis repetitũ, duo nobis ſemper in oculis habenda ſui corporis cruciatu, cõmẽdauit: primũ, mẽtis noſtræ dignitatẽ agnoſcere, q velut theſaurus in corpore ẽ abſcõditus. Alterũ, non eſſe vſquã timẽdos, immites Tyrannos qui poſſint occidere corpus animam vero nequeãt attingere. Vt iuxta cæl ſtis magiſtri veritatẽ illud obſeruemus, Timendũ eſſe eũ, qui poſtquã corpus occiderit, poteſt & animam in gehennam mittere.

Cernis

EMBLEMA XXV.



Cernis vt æthereas puerũ Iouis ales in auras
Aeternum e campis ſuſtulit Iliacis.
Sic & mens hominũ cum ſe ſuper æthera tollit
Contemplans, raptam creditur eſſe Deo.

Veis

EMBLEMA XXV.

Veis como Ganymedes por mandado
De Iupiter señor de tierra y cielo
Fue del aue Real arrebatado
Dexando para siempre el Phrygio suelo,
Pues tal es el spiritu eleuado
Por la contemplacion en alto buelo
Que del peso captiuo se rescata
Y a Dios de amor vencido se arrebata.

Ganymedis raptus varia excogitandi Mythologis ansam præbuit. Verùm nil propius ad veritatem videtur accedere, quam quod præsenti explicamus emblemate, de raptu mentis in Deum. Sic enim euenire solet ijs, qui pure & sanctè diuina meditãtur: & in pignus amoris præcipui, fideique, quam profitentur robur, abstracti, desuper adiuuante spiritu, quodam mentis excessu ad sublimia contemplanda subleuantur.

Ausus

EMBLEMA XXVI.



Auſus Lethali Reges inceſſere Iambo
Daphidas tenui nomine grammaticus,
Ecce miſer merito Thorace in monte pependit,
Sors vt in exemplum talibus iſta foret.

Daphi-

EMBLEMA XXVI.

Daphitas el Gramatico atreuido
En el monte Thoraz veys ahorcado
Por que con libertad ha pretendido
Dezir mal de ſus Reyes, y fue oſado
En ſus peruerſos verſos deſmedido
Contar quanto mal dellos ha ſoñado.
Tal caſtigo mandaron ſe le dieſſe
Porque eſto a los demas exemplo fueſſe.

Nimia aliquorum in detrahẽdo licentia, quæ in Grammaticis plerunque inueniri ſolet, parùm aliquid vltra primas literas progreſſis, & canina facundia in obuium quenq; ſæuientibus, iam olim in Daphita veteri literatore affecta eſt ſupplicio. Sed mirũ, quàm parùm illis profuerit, qui eandem facultatẽ profitentur, & iniquiſſimos veterum mores imitari non deſiſtunt, meritò ab omni Rep. expellendi, quemadmodum à prudentium, & nobilium conſortio non ſine cauſſa excluduntur.

Quam

EMBLEMA XXVII.



Quā longe à terris magnus se ostēdit Olympus,
Tam procul à nobis vita perennis abest.
Quicunq; hanc viuens sperat cōtingere, credat
Posse etiam audaces mittere in astra manus.
Quod si aliquem mulcent instātis gaudia vitæ,
Est opus æternæ desidiosus agat.
Quam felix qui, quis potiorem elegerit, ex quo
Vnam duntaxat conuenit eligier.

Quan

EMBLEMA XXVII.

Quan Lejos de la tierra veis el cielo
Tan Lejos desta miserable vida
Esta la eterna llena de consuelo.
Quien aqui la pretende, se despida
De alcançar las estrellas desde el suelo
Que si este mundo sigue, el otro olvida.
Y pues vno de dos ha de goçarse
Dichoso el que procura mejorarse.

Quantum à terra ipsa distat cœlum splendore stellarum ornatum, tantum terram à cœlestibus distare necesse est. Quicunq; enim de rebus infimis cogitant, & solum terrena sapiunt, & in terris nomina sibi ascribi desiderant, in ipsa terra maneant consepulti decet. Sed qui cœlestia meditantur, & in cœlis nomina sua scribi cupiunt, quod terram sapit execrantur, cœlum mente habitant, & cœlestia semper meditantur, iuxta illud praeceptoris nostri. Qui de terra est, de terra loquitur. Ex quibus facile ostenditur Hispanum thema, Alterum ex duobus eligendum.

Magna

EMBLEMA XXVIII.



Magna sibi ascribunt elati nomina Cretes,
Quod sua nascentem viderit Ida Iouem.
Hic petiere Deū procul vt labor omnis abesset,
Vitaq; iam nullo mixta dolore foret.
Cum tamen abnuerit, mala cōmutare vicissim
Posse dedit certa Iuppiter ipse die.
Qua cū vidissent sic tot miseranda, recedunt
Contenti damnis iam sibi quisq; suis.

Blasonan

EMBLEMA XXVIII.

Blaſonan los de Creta auer naçido
Entre ellos el gran Iupiter, y a queſto
Les hizo demandar lo que tan preſto
Les fue negado, como fue pedido.
Y era que fueſſe dellos deſpedido
El trabajo que a todos es moleſto:
Y que de alli adelante todo el reſto
De la vida, paſſaſen ſin gemido.
Siendo pues impoſible, pretendieron
Pudieſſen entre ſi trocar ſus males,
Sacandolos a plaça cierto dia
Y eſto alcançado, vieron coſas tales
Que ſinquerer trocar ſe deſpidieron
Y cada vno eſcogio lo que tenia.

Precibus olim Cretes à Ioue poſtularunt, vitã beatã abſq; laboribus, et ærumnis agerent. Quo non impetrato: vt permutatio fieret obtinuerunt. Aduenĩẽte iam die, omnes in ampliſſimum forũ conuenere, ſua quiſq; incõmoda ſaccúlis geſtãtes, vt quæ deponere non poterant, ſaltem cõmutarent. Sed vbi aliorum calamitates, & miſerias aſpexere, leuiores moleſtias ſuas exiſtimarunt: vnde ſuis quiſque contenti domum redire maluerunt.

Arca-

EMBLEMA XXIX.



Arcanum quisquis facinus commiserit audax
Quod non facturus, ni latuisset, erat,
Si forte alterius penetrauerit abdita, rebus
Debuerat melius consuluisse suis.
Nouerit et cautus, recludat vt omnia tempus,
Quæq; voluta latent, explicat vna dies.

EMBLEMA XXIX.

Quien ſe atreue fiado del ſecreto
A lo que no lo ſiendo no hiziera,
Si a caſo ſupo por algun reſpeto
Las coſas de otros, atender deuiera
Que a no menor peligro eſta ſujeto,
Y en eſſo claramente conoçiera
Su engaño, pues tam mal el mal ſe encubre
Que al fin el tiempo todo lo deſcubre.

Inter alia quæ ſibi mentitur iniquitas, nunquam in lucem proferendum ſcelus eſſe ſuadet, quod in tenebris ſit admiſſum: quaſi latere quicquam poſſit Deum, qui præſens eſt vbique: à quo propterea decretum eſt, nihil ita eſſe occultum, quin aliquando reueletur. Et quamuis tempus omnia prodere dicatur, diuinæ tamen Iuſtitiæ, atque prouidentiæ tribuendum eſt, vt inde omnes intelligãt nihil mali fieri poſſe ſub vana, & fallaci ſpe, nunquam id detegendum eſſe.

Qui

EMBLEMA XXX.



Qui regit Imperio populos, nomenq; Tyranni
Effugit, haud iræ turbidus igne fremat.
Nec veniam facilis præstet, sed lenis, & acer,
Sectetur varias qua decet ire vias.
Nõ etenim frustra præclara insignia Regum
Dulcia amara simul, Punica mala gerunt.

EMBLEMA XXX.

No deue ſer cruel o juſtiçiero
(Que dizen) ſi lo es en demaſia
El Rey que para ſerlo verdadero
Huye de lo que ſuena a tyrania,
Tan poco es bien perdone de ligero
Lo que de veras caſtigar deuria,
Que no embalde es creçida y coronada
La fruta de agro y dulce ſazonada.

Malum granatum hians, quod acrem ſaporem dulci commiſcet, non ab re Regali Corona ab ipſa natura inſignitum eſt: vt hinc Principes attendant, nihil tam regium, & imperio dignum eſſe, quàm ingenium mite: quod ad ius exequendum, vbi conuenit, eſt paratum, & ad æquitatem, & clementiam paratiſſimum. Fuit hoc inſigne Regis noſtri Henrici Quarti, & meo iudicio præſtantius illo Gallorum Regis in igne, & Salamãdra, cum inſcriptione, Nutrior, & extinguo.

Si

EMBLEMA XXXI.



Si morior, ſubito ſimul hic moriatur oportet,
Quid dubito? aſt demẽs quod ſcelꝰ aggredior?
Sed tñ aggrediar, verũ heu manꝰ ipſa recuſat,
Vis ſatis ad veniam, quidni ego triſtis agam?
O nate infelix indigna hac morte repende
Lac quod ſuxiſti matris ab vberibus.
Accede atq; iterũ noſtra hæc te in viſcera cõde,
Membraq; de membris ædita redde meis.
Nanq; vbi diſſoluam naturæ vincla ſepultum
Hoc miſerum in miſero corpore corpus erit.

EMBLEMA XXXI.

Si muero ha de morir que le es forçado
Que dudo? mas que hago? pero baſte
La fuerça por eſcuſa, o deſaſtrado
Hijo, paga la leche que mamaſte,
Bueluete al cuerpo que te ha engendrado
Buelue los miembros que de mi lleuaſte,
Que rompiendo las leyes de natura
Hare del cuerpo al cuerpo ſepultura.

Nihil vnquam miſerius potuiſſe contingere videtur, quam quod Hebræis eueniſſe in hiſtoria ſacra narratur, nempe oblitas matres ſuæ naturæ, & vehementis in filios amoris, ne fame perirent, quod incertum illis erat, ſuos filios neci primùm dediſſe, ac demum deuoraſſe. factum horrendum, & indignum referri: niſi & hoc fieret in humanæ viciſſitudinis, & extremæ miſeriæ memoriam, ad ſimilium deteſtationem, quæ ſolum muliebre ingenium ſi liceat affirmare, excogitare poteſt.

Ardens

EMBLEMA XXXII.



Ardens haec olim Lampas, & sella Curulis
Non nisi supremis tradita iudicibus,
Ostendunt quantum debet praecellere factis
Quicunq; excelso praesidet in solio.
Quamq; ea perpetuo sint conspicienda nitore,
Cùm sic multorum subdita sint oculis.
Vt tandē Illustris, Clarus, Spectandus, adire
Sic valeat meritis nomina digna suis.

EMBLEMA XXXII.

Las insignias que veys antiguamente
Fueron de tanto precio que eran dadas
A los supremos juezes solamente:
La Silla, porque fuessen leuantadas
Sus obras, y la Luz: porque ygualmente
Luziessen pues auian de ser miradas,
Y assi ganassen titulos dignissimos
De Spectables, Illustres, y Clarissimos.

Insignia olim Reip. Romanæ supremis iudicibus concessa, prominens in curru sedes, & ignes præcedentes, demonstrant quantum alios meritis excellere debeant, qui cæteris præpositi sublimiores conspiciebantur: & cũ splendore luminis, vt aliquid his diuinitatis inesse crederetur: Quibus consonat, quod Principes & Reges Dei vices, per quem regnant, in terris gerentes ab eodem dicuntur edocti vtcelsiora munera exercerent.

Capri-

EMBLEMA XXXIII.



Capripedem vt vidit torpentem frigore faunũ
Rusticus, ante ignes in sua tecta tulit.
Isq; ratus solem, quo nil iucundius vlli,
Ignis in amplexus protinus ecce ruit.
Ast illum probibẽs ne accedas, rusticus inquit:
Mors est, quò tendis certa, nisi abstineas.
Sic decet, vt nitidæ vitet contagia formæ,
Qui nolit rabido stultus in igne mori.

Hallando

EMBLEMA XXXIII.

Hallando vn labrador a caso vn dia
De riguroso yuierno medio elado
Vn Fauno, a su cortijo le ha lleuado
Al fuego que jamas el visto auia.
Y viendo el resplandor y su alegria
Entendio que era el Sol del mundo amado
Y quisole abraçar, mas abraçado
El rustico con el assi dezia.
Detente no te fies que es la muerte
La claridad que ves y la hermosura
Y si te llegas no podras valerte.
Y esto habla con el moço sin cordura
Que en el fuego de amor busca su suerte
Guardese y no se açerque ques locura.

Lepida hæc Fauni, et rustici fabella nulla indiget explicatione. Oportebit autem illã non semel legere, vt iuuenes, & incauti adhuc viri, quos nondum senecta admonuit, repetita lectione discant, & à fœmineo consortio, velut ab igne, se contineant: ni malint propter infelicis voluptatis contagia in letbalem insaniam deuenire.

Impe-

EMBLEMA XXXIIII.



Imperio mortis priſca ob contagia culpæ
Subdidit heu miserè ſe maleſanus Adam.
Sed nouus à vinclis hunc liberat, & cruce figẽs
Antiquum delet ſanguine Chirographum.
Sic ergo in quenquam, ni ſe deuinxerit ipſe,
Nullum, quo lædat, ius ferus hoſtis habet.

Sujeto

EMBLEMA XXXIIII.

Sujeto el viejo Adam por el pecado
Y entregado en las manos de la muerte
Por vna obligacion que auia otorgado,
El nueuo Adam le libra en mano fuerte.
Y a la Cruz el Chyrographo clauado
Con ſu ſangre la borra de tal ſuerte
Que el Demonio no tiene con que ſiga
Al hombre, ſi de nueuo no ſe obliga.

Cùm primùm Adamus vetus homo, per inobedientiam decidit in culpam, continuò in Dæmonis ſeruitutem deuenturum Chirographo teſtatus eſt. Quod quidem nouus homo, Chriſtus ſuo ſanguine deleuit, crucique affixit nos ab inimici poteſtate redimens. Stultum ergo erit, imò ſtultiſſimum, vltro ſe illi offerre, qui tanti cruoris pretio redempti ſunt, & liberam effugiendi ſi rectè intelligere voluerint, in ſe habent facultatem.

Nullus

EMBLEMA XXXV.



Nullus vt est fructus, et nulla nisi ĩpia merces,
In turpi obliquæ fœdere Amicitiæ:
Sic certa, & stabilis genuit quã cãdida virtus,
Crescit, & ambrosias vndiq; pandit opes.
Hinc ergo, & vitæ sal est, quæ condit acerbi,
Quicquid in aduersis sors malefida dedit.
Hæc vbi sit, nulli possunt mala cuncta nocere,
At si deficiat, nil bona cuncta iuuant.

Quanto

EMBLEMA XXXV.

Quanto es de poco fruto y desabrida
El amistad no buena y perniciosa
Tanto la buena y en virtud nacida
Se augmenta para bien dulce y sabrosa,
Y assi se dize ser sal de la vida
Que puede sazonar la trabajosa,
Con amistad el mal no dà tormento
Y sin ella no ay bien que de contento.

Vera quidem amicitia, siqua inueniri valeat, nihil est iucundius. Hac enim quacunq; incommoda vitæ superuenerint, facilius perferuntur; neque vllam prosperis in rebus haberi voluptatem videmus, si participes amici desint, quorum omnia cõmunia esse debẽt. Nec parùm discriminis in se habet suprema dignitas, quòd nullum re vera possit habere amicum, & proinde neque consulentem aut consolantẽ, in vtraq; fortuna. Nisi enim etiã inter fidissimos fecerit experimentũ, fidemq; tẽporis decursu probauerit, facile à suis decipietur. Quæ omnia in salis similitudine amplissimè figurantur.

Qui

EMBLEMA XXXVI.



Qui quondam turpi Romam ditione tenebat,
Quo nihil in toto turpius orbe fuit,
Cogere iam voluit muliebrem ad vota Senatũ,
Qualem Roma olim vidit, & erubuit.
Rectius ille quidem potuiſſet cogere quoſdam,
Quos facilè vxorum dirigit arbitrium.
Quòd ſi vt præſideant molles permittitur, vnde
Fœmineum cœtum non dare iura licet?
Quarũ ſcripta, preces, nec non ſuffragia cogunt
Damnare immeritos, ſoluere vincla reis.

A quel

EMBLEMA XXXVI.

A quel Emperador mas que profano
Que vn tiempo infeliciſſimo reynaua,
Quando vn Senado mugeril juntaua,
Qual con afrenta vio el puebloRomano.
Si bien mirara en ello fuera llano
Sin tanta nota ver lo que ordenaua
Si juntara vnos juezes (coſa braua.)
Que en todo a ſus mugeres dan la mano.
Que ſi eſtos y otros tales que ſujetos
Eſtan al parecer de las mugeres
Se conſiente que juzguen, bien pudieran
Yr ellas a dezir ſus pareçeres,
Pues ſus villetes van y ſus reſpectos
Hazen que biuan vnos y otros mueran.

Quàm ſit iniquum recta iudicia peruertere, quocunq; modo id fiat, omnes norunt. Neq; à pretio preces multùm differunt, ſiue vxorum ſint, ſiue aliarum, quibus, ſpreto Dei timore, iudices morem gerere non verentur: licèt ton ſoribus, vt aiunt, notum ſit, quicquid vaniſſimè cogitarunt.

Eſto

EMBLEMA XXXVII.



Esto memor viuens, non longo tempore, vitæ
Reddenda est ratio iam satis arcta tuæ;
Quiq; voluptatum luxus sectaris, amaram,
Ah quantum & tristem me miser inuenies.
Qui verò in terris semper studiosus honesti
Viuit, & in cunctis est memor vsq; mei,
Ereptus stygijs per me de faucibus Orci,
Felix non dubia tendet in astra via.

M Acuer-

EMBLEMA XXXVII.

Acuerdate hombre que has de venir presto
Adar estrecha cuenta de tu vida
Y el que en deleytes vanos tienes puesto
Tu bien y tu contento, desabrida
Y amarga me hallaras: mas el honesto
Que de mi gran poder jamas se oluida,
Auiendo le apartado del infierno
Alcançara por mi descanso eterno.

Mortis memoria in antiquo auriculæ cõprahensa significatu hic depingitur, vnà cum loculo ad recondendum cadauer fabrefacto. Omnesque ipsa alloquitur futurum annuntians, vt eius obliti ad interitum properent: qui verò eandem præmeditati fuerint, à peccato liberi in vitam deueniant æternam.

Si

EMBLEMA XXXVIII.



Inuid⁹ ĩpatiẽs statuæ, quæ ex marmore surgit
Theageni medio conspicienda foro,
Quæq; illi innumeris deuicto Marte triũphis
Venerat, & superis fecerat esse parem,
Hanc miser insidijs per opaca silentia noctis
Vt deturbet humi non semel aggreditur.
Sed iam victa cadens victori digna rependit
Præmia, qui subtus marmore pressus obit.
Idcirco rapidis iußa est immergier vndis:
Ac subito populos vastat acerba lues.
Ast vbi restitui rursus oracula poscunt,
Iam magis enituit gloria Theagenis.

EMBLEMA XXXVIII.

No pudiendo ſufrir el embidioſo
La eſtatua de Theagenes deuida
A los heroicos hechos de ſu vida
Quedando en tantos trançes victorioſo
En medio del ſilencio y del repoſo
De vna y otra noche por medida
La fue gaſtando y aunque fue vençida
No quiſo al vençedor dexar gozoſo.
Antes cayendo en tierra el atreuido
Quedò muerto, y quexandoſe ſu gente
Al juez mandò que fueſſe al mar lleuada.
Mas vino tanto mal que conocido
La buſcaron, y pueſta honrradamente
De alli adelante fue mas eſtimada.

Iampridẽ animaduerſum eſt in omnibus ferè vitÿs aliquid ineſſe voluptatis, quã tamẽ inuidiã carere ſatis eſt cõpertũ: quin potius ipſamet tormentũ ſibi gignit, & ſuppliciũ, cum in animo, & corde reſideat. Quod ſi ad aliquid agendũ impellit, vt alterius gloriæ detrahat, iuſtiſſimum eſt, in caput ſuum recidat, & à ſe ipſa pœnas deſumat. Quod in Theagenis ſtatua in inuidum demoliri conantem depreſſa ſingulari demonſtratur exemplo.

Traſil-

EMBLEMA XXXIX.



Trasillus Clypeum, quo prælia tectus adiret,
Suspendit trunco prouidus arboreo.
Corripiens arcum læua, dextraq; sagittam,
Explorat tutè an pectora crediderit;
Nec fidum inueniens, dum viuã, perfide, dixit,
Non tu, non similis post modò decipiet.
Sic explorari in paruis conducit amicum,
Ne quando in magnis improbus officiat.

EMBLEMA XXXIX.

Contento del escudo que traya
Trasylo por estar mas satisfecho
Quiso saber de quien fiaua el pecho
De quien la honrra y quanto bien tenia.
Y colgado de vn arbol cierto dia
Apartandose del bastante trecho
Hizo prueua, si aprueua estaua hecho
Y hallole falso quanto ser podia.
Esto viendo, mirad de quien fiaua
No me engañareys (dize) a no estar loco
Vos ni otro como vos de aqui a q̃ muera.
Tal es el falso amigo que en lo poco
Faltò, quando en presencia blasonaua
Y apartado de vos mostrò quien era.

Quemadmodum clypeus ante pectus gestatur ad repellendos hostium ictus, sic fidelissimus quisque amicus eligi solet ad vitæ, & honoris defensionem. Quo fit, vt sicut explorandus est clypeus, ne sit infidus, ita & amici prius probandi, ne quando in necessitate nos deserant, aut pro tutela offensam inferant.

Dum

EMBLEMA XXXX.



Dum magis horrendi deferuuit ira Leonis,
Dumq; magis rabido creuit in ore furor:
Si quis fortè oculos illi contexit, inertem
Reddidit, et subitò sic furor omnis abit.
Non secus & saeua iudex cum feruet in ira,
Oraq; sanguinei plena ruboris habet.
Protinus ecce iras velatus pectore ponit,
Si formam, aut aurum lumine captus amat.

EMBLEMA XL.

La furia del Leon y ſu braueza
Se pierde quando eſta mas brauo y fiero
Si aciertan a cubrirle la cabeça
Que cubierto los ojos es cordero.
Y aſſi dize a ſe amanſa la fiereza
Del juez mas riguroſo y carnicero,
Que ſi le cubre de aficion el velo
Y aun de interes, ſe allana por el ſuelo.

Leonis proprietas mirabilem præbuit ſimilitudinem, vt agnoſcamus, quàm facile ſit iudicum iras placari, ſi amoris, aut auaritiæ vis eos obcæcauerit. Leo ſiquidem omnem irã deponit, vt à quocũque ſuperari poſſit, ſiquis illius oculos obuoluto capiti pallio cooperuerit.

Ardua

EMBLEMA XLI.



Ardua dum montis Tauri præter volat anser,
Discerpiq; Iouis alitis vngue timet;
Aeraq; vt liquidum tacitis pertranseat alis,
Præcauet vt tenuis calculus ora premat.
Sic cuiq; ostendit vitare pericula linguæ,
Vt valeat vitæ consuluisse suæ.

Paſ-

EMBLEMA XLI.

Paſſando elmonte Tauro a ſu ventura
El anſar brauo con temor creçido
Del Aguila Real, ſiempre procura
Volar de ſuerte que no ſea ſentido:
Y para ſu defenſa mas ſegura
Porque no ſe deſcuyde en dar graznido
Vna piedra en el pico ſiempre lleua.
Con que el ſilençio ſer la vida prueua.

In ſilentio vitam ſæpe conſiſtere à natura edocti præmonuerunt anſeres iuxta Taurum montem commorantes. Quem vbi tranſuolare conuenit, metu aquilarum, quarum multa eſt ibi copia, calculum ore geſtant; ne improuidi obſtrepant, & ſua ſe voce prodant.

Que

EMBLEMA XLII.



Quæ sese vernis ornauit frondibus arbos
Nescit quanta sibi damna minatur hiems.
Quādo illam aggressi venti in diuersa fremētes
Pulsabunt, tremulas decutientq; comas.
Sic decus & formam quæ gestat in ore iuuētus
Credideris vernas arboris esse comas.
Frigida sed veniet dissoluens membra senectus
Reddet & infesta tempora cana niue.

El

EMBLEMA XLII.

El arbol que de verde esta vestido
Mientras goza de alegre primauera
No sabe la desgracia que le espera
Quando el hyuierno cano sea venido.
Quando se vea desnudo y sacudido
Del riguroso viento demanera
Que al pareçer podra dezir qualquiera
Iamas aun hoja verde aver tenido.
El verdor de hermosura y gentileza
Que suele acompañar la gente moça
Las hojas son del arbol en verano,
Viene la fria vejez que lo destroça
Blanquea con su nieue la cabeça
Y no dexa en el cuerpo huesso sano.

Notissimũ est hominem arborem inuersam appellatam, quasi radices sursum, unde venit, habeat erectas: & ab Homero dictum esse hominum genus esse quale foliorum, quæ omnia suos hæbẽt ad mores aptissimos sensus. Verùm hic similitudo erit in eodem homine prouectæ iam ætatis. Sicut enim arbor ingruente hieme frondium decorem, & omnem pulchritudinẽ deponit. sic et homo aduenientè senectute.

Mens

EMBLEMA XLIII.



Mẽs quib' est eadẽ, discors nequit esse volũtas:
Exigit ut veræ nexus amicitiæ.
Sic etiam concors sententia conuenit unã
Illis, quos unum non duo credideris.
Vulcani referunt rigidis hinc ictibus, unus
Ut fierent, sese supposuisse duos.

No

EMBLEMA XLIII.

No puede auer razon entre razones
Que no fueren conformes; ſi lo fueren
En vna voluntad dos coraçones
De los que en amiſtad firme ſe quieren,
Pues no conſiente duda ni queſtiones
Ser vno miſmo dos ſegun refieren
De los dos que ſe fueron mano a mano
A la yunque y martillo de Vulcano.

Vnanimis amicorum conſenſus haud aliter potuit explicari, quàm illo Platonis commẽto narrantis duos amicos manibus compreſſis ad Vulcani officinam properaſſe, ut artis ſuæ beneficio excogitaret, quomodo inuicem compacti ex duobus vnus fieret.

EMBLEMA XLIIII.



Si liceat sacræ limbum contingere vestis,
Continget, spero, mox mihi certa salus.
Languida sic secũ est humilis Phœnissa locuta
Quam cernens Christus sic miseratus ait,
Filia ne dubites, namq; hæc fiducia nostri,
Quam præfers, potuit reddere te incolumem
Tantũ firma fides potis est et ad omnia cunctis
Expediunt humiles vel sine voce preces.

Si

EMBLEMA XLIIII.

Si el ruedo ſolo de la veſtidura
De Chriſto yo tocaſſe ſanaria
Dize entre ſi la enferma, y a ſu cura
El Dios nueſtro acudiendo, Hija confia
(Le dixo) que tu Fè firme y ſegura
Te ha podido ſaluar aqueſte dia,
Tanto puede la humilde confiança
Que quien la pone en Dios todo lo alcãça.

In Cæſarea Philippi, prout Nicephorus ſcribit, æneis imaginibus mirabili arte conflatis demonſtrabatur, quemadmodum ad Chriſti ſimbriæ contactum ſanata fuerit mulier illa fluxum ſanguinis paſſa. Ad quas cũ herba quæpiam adiacens creſcendo perueniſset, vires ſumebat ad multorum morborum remedia conſequenda. In cuius etiam rei memoriam noſtrũ hoc Emblema compactũ eſt.

Qui

EMBLEMA XLV.



Non est quòd timeas versuta pocula Circes,
Laertæ nato dixit Atlantiades,
Si tibi donarim pretiosi muneris instar
Herbam, quam celebri nomine Moly vocant.
Mortales nequeunt magnis nisi viribus illam
Carpere, sed facile est vellere Cælicolis.
Illa quidem nigris altè radicibus hæret,
Candida sed niueus lilia flos superat.

EMBLEMA XLV.

No tienes que temer de la maluada
Circe, dize Mercurio al valeroso,
Vlyxes, si la que es tan señalada
Yerua Moly te doy en don precioso,
De los Dioses sin fuerça es arrancada
Aunque a los hombres es dificultoso.
Es la rayz de obscura tinta llena
Y mas blanca su flor que el açucena.

Moly herba, vt est apud Homerum, à Mercurio tradita est Vlyssi aduersus malefica Circes artes: quæ ab hominibus inuenta difficulter euellitur, à Dÿs autem facilè: cuius etiã radices nigræ sunt, flos autem candidus. Vt autem in huius emblematis enarratione diffusius describitur, significatur per illã virtus, cuius principia nigra sunt idest laboriosa, flos autem candidus idest gloriosus finis: & in eam Dæmonis artes præualere non possunt.

Sublimi

EMBLEMA XLVI.



Sublimi è Palma dependens belua Nili
Olim deuictam testificata Pharon,
Hic itidem pictura dedit, designet vt illam,
Quæ viget in stolidis gloria vana viris.
Namq; indeficiens semper fugit illa sequentē,
Quæ, si quis fugiat protinus insequitur.

EMBLEMA XLVI.

El Cocodrilo de la palma aſido
Que vn tiempo demoſtraua la victoria
Del vençedor de Egypto no vençido
Oy nos le dà la natural hiſtoria
En propiedad conforme y pareçido
A la que el mundo vano llama gloria,
Que huye ſin parar del que le ſigue,
Y a quien le teme buſca y le perſigue.

Inanis gloria per palmam figuratur, quatenus pro victoria adepta triumphus, & humanæ laudes expetuntur. Cocodrilus autem ex illa pendens nihil aliud hoc in Emblemate nobis innuit, quàm ſimilitudinem quandã inter honorem huius Mundi, ſiue famam, ſiue gloriam dixeris, & Cocodrilum: cuius proprium eſt fugientes inſequi, inſequentes autem fugere.

Qui

EMBLEMA XLVII.



Qui luit īmeritas ſine labe, aut crimine pœnas
Nil ſatis huic æque reddere terra valet.
Aſtra queũt, quiq; aſtra ſuo regit omnia nutu,
Omnibus & pendit quas meruere vices.
Sic inſperatas cógetur ſoluere pœnas,
Proditor in proprijs dum perit inſidijs.
Et poſtquam fuerit tormenta immania paſſus,
Iam meritò inſontis vincula rupta manent.

EMBLEMA XLVII.

No puede dar el mundo recompensa
Del mal a quien sin culpa le padeçe
El Cielo puede y la bondad immensa
Que a cada qual dà el pago que mereçe,
Y assi le tiene quando menos piensa
El que es traydor, y en su traycion pereçe
Quando sujeto a las deuidas penas
Rompe del innocente las cadenas.

Cùm calumniatorum delationibus quidam ex nostris penè fuerit oppressus, et author cõperta veritate temeritatis pœnas luerit, quas aduersus insontem excitauerat: excogitatum est hoc Symbolum, quo huiusmodi rei similitudo exprimeretur. Aeneũ scilicet tormentum, quod admoto igne retrorsum diruptum necesse est diuellat parãtem alios offendere, ex quo confractæ catenæ concidisse dicuntur in signum innocentiæ. Quicunque enim immeritis nectebantur catenis, moris apud Romanos fuit illas rumpere, non dissoluere.

Intui-

EMBLEMA XLVIII.



Intuitus populi Moses crudelia fata,
Quotq; venenosis morsibus intereant,
Sustulit in lignum conflatum ex are colubrum
Certa foret tantis quo medicina malis.
Scilicet huc quicunq; manus tendebat adorãs
Haud mora diuino numine liber erat,
Nã Cruce pẽdentẽ Christũ monstrabat apertè
Peccantum similem, qui sine labe fuit.

EMBLEMA XLVIII.

Viendo Moyses el daño de su gente
Y los que delas sierpes auian muerto
Leuantò de metal vna serpiente
Por mandado de Dios en el desierto,
Mirandola en la Cruz deuotamente
Hallauan todos el remedio cierto
Por quien hecho serpiente sin veneno
Auia de padeçer de culpa ageno.

Exaltationis Christi in Cruce euidentissima figura fuit Aenei serpentis exaltatio in deserto. Sicut enim in illo, qui speciem tantum serpentis præseferebat, salui erant Hebræi ab anguium morsibus: sic per Christũ in forma peccatoris, & (si licet) serpentis, in quem peccator conuertitur, liberati sunt fideles à vero serpente Diabolo per peccatum demorsi.

Insi-

EMBLEMA XLIX.



Insideat tumulo nostri Iunonius ales
Pastoris sacri, Præsidis Hesperiæ,
Inclyta quem pietas sancto præfecit ouili,
Semper & inuigilans sic nouus Argus erat.
Denotet ac tristi tabentia lumina fletu;
Charorum & diris obruta corda malis.
Namq; oculos atrox dũ tot nox occupat una,
Saeua suis lumen substulit illa simul.

Del

EMBLEMA XLIX.

Del nueuo Argos a quien el sancto zelo
Hizo pastor sagrado y a la altura
Subio del mando en el Hesperio suelo
Acompañe el pauon la sepultura,
Mostrando el sentimiento y desconsuelo
De tantos a quien vna noche obscura
Vna sola sin luz los ha dexado,
Y tantos ojos juntos ha çerrado.

Ouidij carmẽ vna cum Pauone expansis hinc inde oculatis pennis, Didaci nostri sepulcrũ comitatur: in signum quidem meritorũ suorum, totque virtutum monumentũ, quibus viuens fulgebat in ecclesia, & supremã Hispaniæ præfecturam meruit. Dignus ille quidem longiori vita: sed quod dolendum mihi semper erit, satis immatura morte vigilãtissimi pastoris, & suorum tot oculos nox vna præoccupauit.

Depul-

EMBLEMA L.



Depulsum cœlis ausisq; Typhoea magnis,
Impia Titanum quem comitata cohors,
Excruciat vindex tanto pro crimine flamma
Astrigero aggressum bella mouere polo.
Et quauis tumulo clausus radicibus Aetnæ
Hic iacet, haud sceleris pœnitet esse reum.
Dum magis elatus proclamat voce superba
Scilicet, in magnis vel voluisse sat est.

Con

EMBLEMA L.

Con los demas gigantes derribado
Del Cielo y de ſu intento el gran Typheo
Al fuego en que ſe abraſa condenado
Por auer pueſto en obra ſu deſſeo,
Y debaxo del Ethna ſepultado
Con auer ſido el caſo malo y feo
Alli do eſta blaſona perſuadido
Que en coſas grandes baſta auer querido.

Tiphoeus ſub Aetna cum inſcriptione, qua ipſe, & quicunque alius non aſſecutus, quod affectauerat, conſolatione poterit affici, huic labori finem imponet. In enarratione verò Empedoclis hiſtoria refertur: qui & hanc Vrbem Agrigentinam, vnde moralia hæc Emblemata latinè prodeunt, cum quibuſdam alijs, iam olim ſuis natalibus illuſtrauit.



MEMORIAE FOELICISSIMAE
D. Didaci Couarruuias de Leyua
Præſidis.



Viribus indomitis qui ſubdere nititur orbem
Et nihil à cæptis quo remoretur habet.
Hic merito ætbereis celſum caput inſeret aſtris
Nomen & æterna poſteritate feret.
Quod ſi tantus honos terras ſuperare iacentes
Quid ſuperum ſummas ſi petit ille domos!
Iure ergo æternum nomen ſibi comparat ille
Qui duce lege ſuas itq; reditq; vias.


DEDICACION

A quel que con esfuerço tal ſe esfuerza,
A conquiſtar el mundo con ſer hombre,
Sin que aya coſa humana que le tuerza,
Alcança con raçon famoſo nombre.
Y ſi el vençer entierra alguna fuerza,
Leuanta alas eſtrellas el renombre,
Tal es la que tendra qual tuuo y tiene
Quiẽ cõ LEY, VA doquiera y cõ LEY viene

Dedicationis continuatæ Symbolum præſens ex gentilicijs antiquiſſimæ, & nobiliſſimæ familiæ de Leyua cũctos admonet quam ſit debitus honor virtuti. Si enim (vt Seneca ait) Superata tellus ſydera donat quid ſi & ſyderũ arces ſuperentur, nam & cœlorum regnum vim patitur? Quantum vero Præſes noſter in vera virtute excellens quamq; ſtrenuus dux fuerit omnes norunt: de quo plenius in enarratione licebit commemorari.

Aſpicis

EMBLEMA I.



Aſpice, quam ſuperū regi ſacra fœderis arca
Dagonis fœdum fœdus inire negat.
Aſt prius idolum fractis ceruicibus alto
Turbatum ſolio, ſic ſine honore iacens,
Arguit immenſi ſceleris quantum hauſerit ille,
Qui temere ſacras tentat adire dapes.
Sic igitur quiſquis ſancta ad libamina tendit
Impia Dagonis fœdera nulla gerat.

Veis como el arca del Señor ſagrada
No coſiente profana compañia
Pues a ſus pies la ſtatua derribada,
Mueſtra la deſuentura que ſeria
D'vn'alma tan perdida, y deſalmada
Que a Dios ſe atreue con aleuoſia,
Deſtruya pues el idolo primero
Quien buſca ſu remedio verdadero.

Nihil commune habent lux & tenebræ, nihil Deus & Belial, miſerrimum ergo erit ſuſpicari aliquem ad ſacra accedere dãnatum ſub poteſtate Demonis, vt ſua ſcelera cooperiat, quæ tandem manifeſta erunt in confuſionem ſuam, nec abſque ſupplicio condigno. Hoc cunctis demonſtrauit arca fœderis in templo Dagonis, quem non conſenſit ſibi adhærere vnquam, ſed confractum atque diſperſum humi, cũctis informem ac deteſtandum oſtenait.

EMBLEMA II.



Quam circũ flammis crepitantibus vrier ollã,
Afflari & sæuo nunc Aquilone vides,
Innuit hæc illud graue, & execrabile frigus,
Quo non est animis maior in orbe lues.
Namq; vbi cælestis non se diffundit ab alto
Aura, venenato frigore cuncta madent.
Quoq; magis mirere, gelu hoc ni prouid' obstes,
Absumet flammis obuia quæque suis.

La olla que de llamas veis çercada,
Y del viento Aquilon tan combatida,
Es la frialdad, que a muchos resfriada
Tiene la charidad del alma vida.
Y en veneno mortal tan derramada
Que donde quiera la veran vertida.
Y es para ver, que la frialdad eſtrema
Es vn fuego infernal, que abraſa y quema.

Ignem ſe veniße in terram mittere, ait Chriſtus, non ob aliud quam vt ſingulis charitatem ſuam commendaret: cui oppoſitum eſt omne peccatum, cuius veneno frigidiſſimo tabeſcit anima, a quo illi omne malum prouenit: Et hanc frigiditatem lethalem demonſtrauit Propheta in figura ſuccenſæ ollæ quã vidiſſe narrat a vento gelido Aquilone ſufflatam: & deinde exclamat, Ab Aquilone pãdetur omne malum.

Dum,

EMBLEMA III.



Dũ, miſer Acteon canibus nemora inuia luſtrat,
Et ſcrutatur apros, exagitatq; feras,
Inſcius ad fontem vidit ſine veste Dianam;
Et ſubitò in propria cornua fronte videt.
Exutuſq; hominem timidi ſub imagine cerui
Aufugit, & canibus præda fit ille ſuis.
Non aliter cæcos quiſquis ſectatur amores,
Vexatus curis corruet ipſe ſuis.

Por mirar lo que acaſo a deſcubierto
El caçador Acteon mal mirado,
De ſus proprios lebreles ſe vio muerto,
En temeroſo çieruo transformado.
Moſtrando a todos el caſtigo çierto,
Del que por ver, ſe viere enajenado,
Que ſi no ſe retira con cordura
Le daran ſus cuydados muerte dura.

Actaonis fabula in ceruum conuerſi, quem proprij lacerarunt canes, multis varia dicendi occaſionem præbuit, ſed quod planius videtur, ſecuti, ad incautos, & in veneream voluptatem procliues retulimus: eo quod a conſpectu Dianæ non abſtinuerit, atque ita ſinguli admonentur, nolint ea quæ non decent oculis exquirere per quos mors intrat, omnis enim mali origo inhoneſtus eſt aſpectus. vnde in ſuis edoctus miſerijs Regius vates Deum precabatur, Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Conati

EMBLEMA IIII.



Conati radio cæli deſcribere metas,
Quis rarum in docto puluere ſurgit opus,
Mutari iam poſſe docent quadrata rotundis:
Aſt vera id nulli eſt hactenus arte datum
Sic & vera fides terras habitare iacentes
Creditur, & noſtris exulat illa locis.
Difficlliſq; adeo eſt vt quanuis vera putetur,
Vnquam ſit nulli vera reperta fides.

Por

Por mas que los ingenios an probado
No se descubre el modo aunque es posible,
De haçer que venga el çirculo enquadrado,
Y a si pudiendo ser es imposible.
Lo mismo es la amistad, que bien mirado
Auer la verdadera es muy creyble,
Mas en hallarse es tan dificultosa
Que ay duda si es, o no, posible cosa.

Amicorum paria, ab antiquis relata satis mõstrant quam rarum semper fuerit amicitiæ munus. Tot enim seculis paucissimi (vt vides) qui veram inter se seruauerint amicitiam, numerãtur. At qui licet veram esse existimetur quod adhuc in terris reperiatur non satis constat. Ex quo factum est præsens emblema in quadrati & circuli figuris: ex eo quod a mathematicis dici solet Dari circuli quadraturam, sed eam non inueniri.

Quis-

EMBLEMA V.



Quisquis auet seclis victuras condere chartas,
Ingenij ostendat vt monumenta sui:
Informem studeat lambendo effingere fœtum.
Sic nitor; atq; decens forma, venusq; venit.
Hoc solers natura dedit contingeret vrsis,
Edant vt fœtus, perficiantq; suos.
Sic quisquis seros sua scripta reponit in annos,
Securus poterit carpere laudis iter.

Quando

Quando el ingenio mas auentajado
Quiere ſacar a luz alguna coſa,
Suele ſer como el parto mal formado
Que la experiençia mueſtra dela oſa:
Que a meneſter lamerle con cuydado
Y haſta ponerle en forma no repoſa,
Y eſto haçe el que en ſus libros ſe detiene
Haſta darles la forma que conuiene.

Vrſam informem partum ædere notiſſimum eſt, quem poſteà vt reformet lãbendo abſtergit, ſic & librorũ ſcripta, quæ ingenij ſunt partus, lima, & arte indigẽt vt elegãtiora fiant. In quo variant authores pro ingenij acumine aut natura propria qualitate. Nec dãnandi ſunt qui data occaſione tẽporis velut ex tẽporaneos ĩ cõmune bonũ ædere curãt feſtinãter ſcriptos a ſe libros, qualis noſter fuit de vera & falſa Prophetia. Sed et reliqui iãdiu elaborati æditi eſſẽt ſi negotia grauiora noſtri muneris, loci incõmoditas, & aduerſa valetudo impedimẽto nõ fuiſſent. Verum fœliciora tẽpora & commodiora daturum nobis omnipotentẽ Deum ſperamus.

Turba

EMBLEMA VI.



Turba molesta senũ, quos iã temerarius ardor
Possidet, & quorum pectora felle madent,
Assuerunt rebus veras in vertere formas
Concauo vt in speculo redditur effigies.
Nec credunt visu longissima quæq; latere
Quæ sunt & quæ non, quæq; nec esse queunt.
Hi sunt, quæ nostro veniunt in carmine lynces
Immites macula versicolore feræ.

Es

Es propriedad de rençillosos viejos,
Y de otros que en maliçias an viuido,
Trocar las cosas todas, como espejos
De alinde, y sin a questo es conoçido
Pretenden ver de çerca, y mas de lejos
Lo que ay, o no, y aun lo que nunca a sido
Y a questos son los lynzes verdaderòs
Llenos de manchas y animales fieros.

Maculosa hæc lynx cuius proprium esse dicicitur lõgissima quæq; visu pertingere, similitudinẽ exprimit quorundã nota & ignota temere iudicantiũ, & cũ ipsi mille scateant vitijs, aliorũ defectus notare, atq; omnibus propalare nunquam erubescunt: quo se & iniquos esse, & fuisse facilè testantur. Speculum concauum apud nos dicitur de alinde, in quo figuræ omnes non vt solet in planis rectæ, sed deorsum conuersæ, conspiciuntur. Plura scitu digna de Lynce, & alijs in morali discursu enarrantur.

Si

EMBLEMA VII.



Si quisquam in terris nullo violabile seclo
Inquirat sanctæ fœdus Amicitiæ,
Effigiem inueniet, qualem dant picta videre
Expressa à priscis symbola marmoribus.
Scilicet ut Verũ hinc semper comitetur Amorẽ
Atq; inde assiduus consocietur Honos.
Hi si deficiant, simul euanescere cernas
Nomen Amicitiæ, frausq;, dolusq; manent.

La

La Fe del'amiſtad ſinçera y pura
Si acaſo ay donde pueda ſer hallada,
Nos mueſtra la inuençion d'eſta pintura
Delos antiguos marmoles ſacada.
Que a deſtar para ſer firme, y ſegura,
D'Amor, Honra, y Verdad acompañada.
Y en diſcrepando deſta compañia,
Todo es engaño, y todo aleuoſia.

Satis compertum eſt. Romæ quondam marmoream fuiſſe repertam tabulam, in qua Honos, & Veritas Amorem comitabantur. Et hanc eſſe effigiem interpretati ſunt Fidij, quẽ inter numina recenſuerunt, neque aliud, quã veram amicitiæ fidem denotat. Quare autem dictus ſit medius in enarratione declaratur.

EMBL. VIII.



Quæ curru insideant personæ, ostendit iniquus
Auriga in torua cornua fronte gerens.
Sunt septem numero pestes, quæq; alta superbit
In solio cunctis imperiosa præest.
Atq; hilaris quamuis sint hæc ludibria gentis,
Aptat personam cum sibi quisq; suam.
Nō desunt, qui systra leues comitātur, & vltro
Confluit ad vanos turba profana modos.

Hecharaſe de vèr en el cochero,
Que gente es la que va en el carro largo.
Los ſiete viçios ſon deſde el primero
Que tiene alos demas como a ſu cargo.
El es disfraz, mas es tan verdadero,
Quanto es abominable: y ſin enbargo,
Al ſon delo que enel ſe canta y tañe
No falta quien la maſcara acompañe.

Diuus Chriſoſtomus aurigam vitiorum vocauit Dæmonem vt oſtenderet quam ſit propriũ illi in malũ nos allicere. Occaſiones enim quærit & officioſum ſe reddit, & ſub falſa voluptatum dulcedine lætari, & non in Domino dolosè inuitat. Currus ergo hic depictus eſt in quo vitia deferuntur, tanquam perſonatus et laruæ quas in ſaturnalibus inſequi dicitur otioſa turba, ſed auriga Dæmone qui ſe præcipitem dedit, & nihil aliud die ac nocte excogitat quam vt laqueos et retia extendat, vt omnes (ſi permiſſum illi eſſet) in æternũ horroris foueam traducere poſſit.

EMBL. IX.



Si natura homini direxit ad æthera vultus,
Vnde hic indutus vellere ſerpit humi?
Qđ genꝰ hoc hominũ? quodve execrabile mõſtrũ?
Infandi heu pœnas criminis iſte luit?
Nam ſibi diuinos tribui dum quærit honores,
Se videt in turpem tranſiluiſſe feram.
Sic auſum Diuos ſcelerata inceſſere fronte,
Obruet vltoris protinus ira Dei,

Eſpanta con raçon ver tal figura,
Y mas eſpantara, quando ſe entienda
Quien es el que ſe ue en tal deſuentura,
Y a quien caſtiga Dios para ſu enmienda,
Hecho fiera ſaluaje en la eſpeſura,
Para que el poderoſo en el deprenda,
Quan beſtia y quan ſaluaje es quien ſe oluida
Que ay quien caſtigue en vna y otra vida.

Quicunque tanta fuerit elatus ſuperbia vt cũ homoſi honores ſibi diuinos deferri, contigerit attentare, tãquam omni ratione carentem iuſtiſſimo Dei Iudicio, in beſtiam conuerti, Sacra Scriptura docet. Quod ſi formam non omnes immutant velut Nabuchdonoſor, iuxta ſentẽtiam magis receptam quã ſequimur vt litteræ conſonam, anima illorum in illis tabeſcens tales reddit, vt inter equos & mulos cõputẽtur viuẽtes & in æternũ poſteà (niſi reſipiſcant) cruciẽtur. Plura ſcitu digna hic pro hiſtoria ſacra & cuiuſdam decreti explicatione, retulimus.

EMBL. X.




Miratus Moses rubum non cædere flammis
Vt proprius videat, culmina montis adit,
Accedens iussus luteas deponere pelles,
Quippe caro, & sanguis bis alimenta dedit.
Scilicet vt norit, quàm lōgè a limine, carnis
Affectus abigant mistica Sacra Dei.

Mira Moyſes la çarça como ardia
Sin daño, y con raçon tan admirado,
Saber a quel ſecreto pretendia.
Y quieriendolo ver le fue mandado,
Dexe las pieles que en los pies traya.
Por que con carne y ſangue ſe han criado,
Que los Myſterios y Diuinos dones
No admiten las carnales afiçiones.

Quicunque in homine non ſecundum rationem affectus ſunt carnales dicũtur propter notiſſimũ in nobis diſſidiũ quod pulchre in Actæonis & Herculis, lucta deſcribimus, Caro & ſanguis a Chriſto nominantur, quo fit vt qui ad Deum accedere concupiſcunt omnem carnalem affectũ rationi contrariũ, & ipſi Deo, deponere debent, Hoc enim plane cunctis ſignificauit Deus quando Moyſi iuſſit calcamenta pedum ponere, quæ proculdubio ex animalium pellibus iã in vſu erat, fieri & a carne & ſanguine originem habuerant.

Illita

EMBL. XI.



Illita acus magnete, mari qua fidimus alto
Quæ graditur tremulas irrequieta vias,
Stare loco neſcit donec reſpexerit Arcton
Fulget quæ ſuper lampade clara polo
Sic mens nata Deo, Dominũ ni aſpexerit ipſum,
Vlla non poterit iure quiete frui.

La aguja dela piedra yman tocada
Hasta que halla su norte no reposa.
Y el alma para solo Dios criada,
Sin el, no puede reposar en cosa.
No ay pensar que à de uerse sosegada
Iamas en esta vida trabajosa,
Que no a de hallar en quanto al mũdo aplaçe
El sosiego que al alma satisfaçe.

Sententia illa celebris Diui Augustini ad Deum tanto cordis affectu exclamantis Fecisti nos domine ad te & inquietũ est cor nostrũ donec perueniamus ad te, vt nobis semper sit in corde, nostris vere sacris litteris siue hyeroglificis praeoculis vt apparet descripta est. Neq; aliud ĩueniri potuit similius quàm ista nauigãtiũ ductrix acicula quae magnetis lapidis contactu polũ nobis articũ ostendit, quaeq; ad perpendiculum in aequali proportione super cuspidẽ posita, nunquam certa manet, sed inquieta vndequaq; discurrit donec Arcton hoc est polarem stellã in cardine cœli prospexerit. Quod maximũ quidẽ naturae miraculum semper extitit, & ad rem sic aptũ, vt nihil elegãtius excogitari potuerit.

Quando

EMBL. XII.



Quãdo Aquila ob seniũ torpere in corpore vires
Nouit, & extremum iam properare diem,
Solis ad ardentes radios super æthera fertur,
Vnde cadens medijs præcipitetur aquis.
Sic languens animus mortis discrimina videns
Diuini accedit luminis ad radios,
Iamq; dolens, sacris renouãtibus omnia flãmis.
Continuo dulces liquitur in lachrymas.

Quando

Quando ſe ſiente el Aguila peſada,
Y cercana al morir enuejeçida,
Tiene ſu induſtria de alargar la vida,
Y renouar la juuentud paſada.
Y es que ſobre las aguas leuantada,
En las debiles alas ſoſtenida,
Al Sol ſe açerca, y quando eſta ençendida,
Cae ſobre las aguas do es vañada.
Aſi muda la pluma, y aſi ſuele
Mudar coſtumbre, aũque es apar de muerte
El que la teme, y teme ſu tormento
Por que ſe açerca a Dios y de tal ſuerte
Se inflama y tanto de ſu mal ſe duele
Que en lagrimas le vaña el ſentimiento.

Variæ ſacrorum interpretetũ ſentẽtiæ ſunt circa ſimilitudinẽ de renouatione Aquilæ in Pſalmis Dauid Sed quam ſecuti ſumus hic proprior viſa eſt ad renonationẽ animæ in vitijs inueteratæ. Huic enim, vbi ſemel per gratiam Dei ſtatum ſuũ agnoui, & quod miſericordia Dei conſumpta non eſt, amare illum & ſuam deflere iniquitatem, neceſſe eſt.

Certus

EMBL. XIII.



Certus ineſt rebus modus, & lex fixa, nec vnquã
Prudentem hos fines tranſiluiſſe decet.
Qui vero amotis tranſcurrere finibus audent,
Hi ſine mente ſibi cuncta licere putant.

Ay en las cosas todas tal medida,
Y vnos cotos en todo señalados,
Que no ay pasarse dellos en la vida,
Qual professan los hombres concertados.
Mas la desorden de los mas seguida,
No quiere que aya limites vedados,
Y remouer los terminos procura
Sin termino, sin seso, y sin cordura.

Huius picturæ sacræ terminus seu finis est demōstrare quam sit omnibus necessarium antiquas patrū traditiones obseruare, & in omni re agēda minimè transgrediendam esse rationis normam, attēdere semperq; considerare quam si vera illius Poetæ sententia

Est modus in rebus sunt certi deniq; fines
Quos vltra citraq; nequit consistere virtus.

Hic de figura termini pro dissidijs componendis & restauranda pace inuenta quanti sit habenda ex Platonis sententia declaramus, a quo terminalis petra dicitur, quæ licet parua sit, inmensum sacri fœderis iureiurando firmati ponduscontinet.

Maxima

EMBL. XIIII.



Maxima pollicitus tenebrosi est Rector Auerni
Præmia, queis placuit tristia signa sequi
Et subito ascriptis regale numisma rependit,
Sed falsum & vili turpiter ære nitens
Et nota significat sceleris stipendia mortem,
I nunc, & tali sub duce castra subi?

Al

Al que seguir quisiere su vandera,
El Principe Infernal a publicado,
Dar paga tan cumplida, y tan entera
Que al vno y otro pague adalantado.
Mas ay que no es moneda verdadera
El oro es cobre y mal disimulado
Y la inscripçion: Del mal la paga es muerte
Vaya el soldado y triunfe con su suerte.

Si vita hominis super terram militia est, oportet castra eligat quæ sequatur, aut enim in populo Dei militare conuenit aut Demonis, Sed huius stipendium (iuxta Apostoli sentẽtiam) mors est, & quidem duplex, nam & primo parenti dictum fuit. In quacunq; hora peccaueris morte morieris. Quanuis enim phrasis sit scripturæ sicut vitam viuere. mysterio conuocat, eo quod præter animæ damnũ lethale, etiã corpori ex illa hora mortis effectus aduenerit vt verè dici possit illud thecuitæ. Quotidie morimur & sicut aqua dillabimur, quod Seneca dixit Quotidie morimur, quotidie pars aliqua demitur nostri. Vt in quodam Emblemate cũ alijs retulimus. Infan-

EMBL. XV.



Infandum quoties hominũ genus aſtra laceſſit,
Tentat & inmenſo bella mouere Deo;
Nõ ſubito ille ſuas iaculatur ab æthere flãmas,
Sera ſed irati numinis ira venit.
Interea vanas demens abit auſus in auras,
Dum nullum inter ſe fœdus inire valent.
Teſtis adhuc Babylon ex quo diſcordia fecit,
Diſperſos cæptis abſtinuiſſe ſuis.

Los que se atreuen a seguir camino
Tan fuera del, que forman competençia,
(Si puede ser) contra el poder diuino,
Enquien esta el poder sin resistençia.
Podrian conoçer su desatino
Quando ven entre si la diferençia,
Y el no entenderse, como lo mostraron,
Los que en Babel tan mal se conçertaron.

Mirandum illud turris ædificium in terra Senaar, cuius culmen ad cœlum vsque pertingeret, homines illi potentes curabant, quos præsentia Dei in confusionem redegit vt nullo modo inter se conuenirent, typus est mirabilis ad ostendendam temeritatem illorum qui in Ecclesia Dei noua ædificia erigere conantur, contra veram Ecclesiam in Christo lapide & fundamento Apostolorum firmissime manentem. Sed subito ordinnate Deo tales discordiæ excitantur, vt nusquam conueniant, & protinus in confusionem illorum falsa sua ædificia corruant & inter seipsos digladientur, ac pereant.

EMBL. XVI.



Qui ſibi ſufficiens quamuis ſit curta ſupellex
Decerpit domui commoda grata ſuæ;
Dum propria proprio viuit ceu coclea, ſortem
Non infelicem repputet eſſe ſuam.
Sed cui contigerit aliena viuere quadra;
Ah quantum miſero vita dolenda venit.
Difficile eſt dictu quàm longè diſtet ab illo,
Quam diſpar ratio, teſtis vterq; ſibi.

El que biue conſigo acomodado
Con lo poco que tiene y en ſu caſa,
Qual caracol humilde y ençerrado,
No cuente ſu fortuna por eſcaſa.
Por que el biuir con otros obligado
Al trabajo y miſeria que ſe paſa,
Es mal que ſolo a quel podra deçirlo
Que por no poder mas, a de ſufrirlo.

Miſerum eſſe aliena viuere quadra, iam dudũ docuit nos inſignis Poeta, nihil enim miſerius deſcribi poteſt rancido ſene barbam nutriẽte vt elegantior appareat. cuius ſuppellex, præter caudam bobis cum pectine nulla eſt, & ſi in morbum inciderit, deficiente ſportula in gerontocomiũ ſiue commune ægrotantium hoſpitium ſe conferat neceſſe eſt. Fœlix ergo ille ſemper erit qui in mediocri fortuna imo & tenui, domum habitat non alienam & ſuo viuit non indigens alterius limina ad victum cõparandum, frequentare.

Pan

EMBL. XVII



Pan simul, & Boreas castæ connubia poscunt
Iam Pythis, Arcadiam prætulit illa Deum.
Non tulit hoc Boreas, scopulisq; allidere tentat,
Ast Deus effecit molliter ipsa cadat,
Quæ terræ excepta gremio, venit ardua Pinus
Pan tegit hinc gratæ frondis honore comas.
Nūc quoq; dū spirat Boreas Pitys anxia deflet,
Sed quorsum magni numine fulta Dei?
Mens addicta Deo, spernens consortia mundi
Non metuat, crebris exagitata malis.
Namq; illā nō Pan, sed missus ab æthere Panis
Roborat, & tanto munere tuta manet.

La hermoſa Pythis ſiendo cudiçiada
Del Dios Pan y de Boreas ygualmente
Por inclinarſe al Dios, del impaciente
Viento con gran furor fue arrabatada.
Y entre duros peñaſcos arrojada
Su daño el Dios de Arcadia no conſiente
Y conuertida en arbol, del ſufrente
Trae por honrra della, coronada.
La qual de nueuo al pretenſor medroſa,
Llora ſi el viento corre, mas no ſiento
Por que, ſiendo del Dios Pan ſocorrida.
Quanto perſigue el mundo al alma es viento
Y a quella que a Dios quiſo, eſte goçoſa
Pues la defiende el Dios que es Pan de vida.

Pinus arbor à Græcis Pithis dictus qui flante Borea ſtilat quaſi lacbrimans anſam dedit, huic fabulæ. Deinde æquiuocum nomen Panis effecit ad Panem de Cœlo referatur in ſacra menſa quã Deus propoſuit aduerſus eos qui tribulant nos.

Iam

EMBL. XVIII.



Iam mors condiderat terras algentibus vmbris,
Tristis & obscuro frigore mundus erat.
Iamq; suprema dies aderat, ni sorte beata
Misisset genitor lumen ab arce suum;
Atq; ignẽ validũ, qui culpæ extingueret ignem
Vnde fluit toto quicquid in orbe mali est:
Insuper, & radios sacri dum vibrat amoris,
Soluit lethali pectora nostra gelu.

Estaua con la sombra dela muerte
El mundo tan sin luz y tan elado
Que pereçiera, si en dichosa suerte
Su luz no nos vbiera el Padre dado,
Y con la misma el poderoso y fuerte
Fuego, que mata el fuego del pecadó,
Y para bien obrar deshaçe el yelo
Sembrando rayos de Diuino çelo.

Post introductum peccatũ, continuo mors inter Deum & homines posita vmbram Aquilonis gelu frigidiorem vndequaque dispersit, donec æterni patris lumen desuper aduenies eos qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant, illuminauit, charitatis radios vndique dispergens, dicente ipso: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? De quo interpretandum est illud Matthæi, Ipse vos Baptizabit in Spiritu Sancto & igne, quod & Lucas repetit, & proculdubio eiusdẽ charitatis ignis cælestis designatur.

Ni

EMBL. XIX.



Ni pateat triſtis morbus cum ſæuit in artus
Expelli medicæ non valet arte manus.
Sic quoq; qui morbos animi velamine celat,
Non facile optatam ſenſerit artis opem.
Accidere hoc videas lænis dum parcit amicus
Noxia diſſimulans, nec minor hoſte nocet
Exhibet aſt formam ſpeculi detractor acerbus
Dum maculas profert quæ latuere prius.

Es en los males la primera cura
El conoçerlos siendo cosa cierta
Que el querer encubrirlos es locura
Pues con eso el peligro se despierta
Y desta suerte el alma se asegura
Conociendo sus faltas sin cubierta
La que ponen a veçes los amigos
Y asi el espejo son los enemigos.

Differentiam adulatoris & amici iam satis in suo de hoc insigni libello, & de vtilitate capiēda ab inimicis docet elegāter Plutarchus, & nos ad hunc locum referimus cū alijs, nunc sat erit similitudinem aduertere in speculo, cuius cooperculum amicum designat vitia disimulantem sed reliquum ornamentū ostendēs ipsum liberum, in quo singula apparent, inimicos denotat qui maculas nobis ante oculos ponunt, neq; aliquid disimulant.

EMBL. XX.



Libantem summos dum fertur in aera flores
Nutrit auem campis Mexica terra suis
Frigora quæ fugiẽs, truncũ petit arboris, in qua
Fixa manet rostro, dum fera sæuit hyems.
Sic aduersa pius vitans Christi arbore sacra,
Dum pendet fixus, tristia nulla timet.


El

El pajaro que a buelo se sustenta
De flores en el suelo mexicano
El remedio del mal nos representa
Por que quando el inuierno ve çercano
Huye buscando el arbol que a su cuenta
Es el reparo mas seguro y llano
Y colgado del pico se entretiene
Hasta que el tiempo mas templado viene.

Huius auiculæ proprietatẽ a multis audiui qui in regionibus noui orbis cõmorati sunt præcipuè a fide dignissimo nostro Gasparo Mauro Societatis Iesu & hanc Vitzitzilè vocari docuit. Ex qua nobis in memoriam venit suspendiũ illud Iob, quod anima eius elegerat & ossa mortem. Nec enim vt sonat de suffocatione laquei interpretandum est sed de suspensione animæ in Deum cum corpus & ossa mortem idest omnia tribulationis tormẽta delegerint Desperatio autẽ quæ ibi dicitur est a terrenis auxilijs quod nihil iam proficerent.

Ereptam

EMBL. XXI.



Ereptam medijs cum vaccæ ex hostibus arcam
Fœderis ablato deposuere iugo;
Non illæ optatas libarunt fluminis vndis,
Aut viridi in campo deposuere famem.
Quin potius magni concisa in vertice saxi
Arserunt sacro plaustri, bouesq; rogo.
Sic cadere ante aras ducit sua præmia, quisquis
Obtinuit sacro subdere colla iugo.

El Arca del Señor restituida
Y cumplido las vacas con su oficio
Fue el descanso y la paga nunca oyda
Ser entregadas para el sacrificio.
Y asi las almas Sanctas que en la vida
Reçiben del Martirio al beneficio,
Sabiendo que el descanso ally se gana
Estiman la merçed tan soberana.

Presenti exemplo docemur quanti habendũ sit Martirij donum. si in præmium laboris boves istæ sacrificio destinantur. Fœlicissimum sane est pro Christo atq; eius fide mortem subire in testimonium veritatis sanguine suo & suorum confirmatæ. Quod quidem præcipuũ ac maximum bonum ab æterno patre in lachrimis et sudore sanguineo impetrauit cũ orasset in horto dicens. Transeat a me calix iste id est non ego solus illum bibam sed isti etiam quos cooperatores mihi dedisti, & ideo rursus ait Pater Sanctifica illos sicut me Sanctificasti, quam sententiam copiose & vt conuenit hoc in loco explicauimus.

Cum

E M B L. XXII.



Cùm miſerũ vexat diſcurrens cancer, & aſtat
Qui vario inmitis vulnere præſtet opem;
Cumq; ignes ferrumq; parat; diuertere dextrã
Crudelis pietas, mors vbi certa premit.
Sic & cæleſtis medicus ſerpentia mentis
Vlcera candenti prouidus igne ſecat.
Hinc miſeris eſt vna ſalus, hinc ergo neceſſe
Dura pati aut certa ſubdere colla neci.

Auiendo

Auiendo de curar el çirujano
Al que esta cançerado, bien seria
Piedad cruel el de tener la mano
Quien mas la cura que el morir temia.
El Medico del çielo soberano
Con los trabajos la salud embia.
Y a quien se ve llagado y peligroso.
Morir o padeçer sera forçoso.

Dilecta Deo Tirsia nostra, Sāctitatis ac Religionis hoc tēpore rarum exemplar, quā in Sāctarum numerum referēdam speramus, hoc sibi Thema delegit, memoriæ & literis comendatum nec semel repetitū, AVT MORI AVT PATI, vt amoris sui erga Deum dēmōstraret affectū, cupiēs pro ipso semp labores erumnas & persecutiones (quæ illi nō defuerūt) perferre. Sed hæ tribulationes illi dulces fuere, desiderabatq; aut semper pro Christi nomine pati aut vitam finire. Verum sententia hæc ad communem doctrinam significat, tribulationem tanquam remedium peccati omnibus nobis esse necessariam, nec vllo modo respuendā.

Ceu

EMBL. XXIIII.




Ceu quondam fortes, humiles nunc colla iuuenci
Coniuncti placido ſuppoſuere iugo;
Sic quoq; magnanimos reges, proceresq; potētes
Lex Sacra in manicis, compedibusq; tenet,
Vt cum ſe tali norint ditione teneri,
Nil niſi, quod ſpiret numinis aura velint.

Bien

Bien como al yugo los humildes bueyes
Sujetan las coyundas amorosas,
El yugo Sancto y las sagradas leyes
Del Euangelio son tan poderosas
Que atan con grillos alos mismos Reyes,
Y tienen a sus nobles con esposas,
Para que ensujecion tal y tan buena
Non quieran mas delo que Dios ordena.

Siquis infidelis agnosceret qualis fuerit Sacri Euãgelij prædicatio in omni terra, proculdubio argumentũ sibi nõ leue ad credendũ assumeret, videns potentiã Principũ Regũ atq; Imperatorũ ab infirmis pauperibus deuicta, nõ armorũ potẽtia, non disciplinarũ eruditione aut eloquentiæ vi sed gratia Dei disponentis animas ad obediendũ ita vt qui leges alijs imponebant & ab his soluti erant, nunc Euangelij legibus subditi parent, cõfiteaturq; eã esse Ecclesiæ Sãctæ potestatẽ vt Reges valeat in compedibus alligare & Principes eorum manicis ferreis cõprimere quod in nostra enarratione vt oportet explicatur.

EMBL. XXIIII.



Cum propius terras sol ardens conspicit, ignem,
Non iacit, & flammas temperat ipse suas.
Ast vbi christallo irradians se interserit, ecce
Vrit; & ætherea lampade cuncta micant.
Sic speculum mens pura Dei de lumine lumen
Concipit, & flammas spargit vbiq; suas.

D Quando

Quando ſe mueſtra deſcubierto el velo
El claro ſol a vna y otra parte,
A vn que con fuerça ſu calor reparte
A tiempos, a ninguno abraſa el ſuelo.
Mas ſi ſe opone a ſu calor el yelo
Del chriſtalino eſpejo de tal arte
Se inflama en el, que ſin que del ſe aparte
Hecha vn fuego de ſi del miſmo çielo.
O ſi ſe açerca ala diuina llama
El alma ſin mançilla de pecado,
Eſpejo claro donde Dios ſe mira.
Como de tal manera enel ſe inflama
Que al que de tanto bien no ſe retira
Haçe que en ygual fuego eſte abraſado.

Aeternùm Dei lumen poſtquã alicuius mentem illuminare contigit, ſubito apparet, bonitatis ſuæ radijs vbiq; diſperſis. Ita vt qui iam hoc ſacro igne arſerint omnes eodẽ ardere concupiſcãt & quantũ in ipſis facultas eſt, opere & ſermone ſolicitãt. Cuius rei exempla in Euãgelio Sancto ſatis nota ſunt & a Sacris Doctoribus animaduerſa.

Qui

EMBL. XXV.



Qui torua immitis spectabant ora Medusæ,
In saxum miris obriguere modis.
Hāc duce magnanim⁹ superauit Pallade Perse⁹
Que capite orta Iouis mōstra profana fugat:
Hac etiam auxilium præbet, queis dura libido
In silicem verti mollia corda dedit.
Hanc etenim dum sensus abest solertia prudens
Duritiem sensim vincere sola valet.

Quedauan hechos piedra y ſin ſentido
Los que ſolo mirauan la Meduſa
A quien Perſeo por Palas a vençido.
Y es eſto el viçio malo que ſe vſa
En los que por flaqueças an venido,
A tener ſu caſtigo por eſcuſa
Que ya no ſienten, y en la piedra dura
A de cauar la induſtria con cordura.

Perſei & Meduſæ Poeticis carminibus deſcriptæ narrationes, plura moralis Philoſophiæ monita in ſe continent, quale eſt obdurationẽ illorum taxare qui in ſilicem conuertũtur vitio libidinis dẽmẽtes facti, quos oportet ſolerti prudẽtum induſtria in priſtrinum ſanæ mentis ſtatum (ſi fieri poteſt) reuocari.

EMBL. XXVI.



Sydereis postquam deiecta est sedibus Ate
Heu dira in terras quam mala multa tulit;
Post hanc & Litæ cælo mittuntur ab alto,
Sarcire vt strages, queis furit illa, queant.
Hæc volat, incedunt luscæ, claudæq; sorores,
Claudibus hinc nulla, aut tarda medela venit.

Siendo del alto çielo desterrada
Atis per judiçial y perniçiosa,
Y la tierra por ella maltratada,
Procuran remediarla alguna cosa
Las Litas aquien es encomendada.
Mas la defensa es poca y espaçiosa,
Por yr Atis abuelo caminando
Y ellas çiegas y cojas arrastrando.

Atis nomine malum pœnæ dicta est Homero, & alijs, quam filiam esse Iouis sed quæ omnia perturbaret ac propterea electam esse ab æthereis sedibus suis carminibus decantarunt, In quo ostenditur tribulationem à Deo esse & minimè cælestium Spirituum quieti & perpetuo gaudio conuenire. In terra autem quam sit potens experientia docuit quamque impotentes Lyte quibus supplicationes significantur, quæ post damna & strages nihil aut parum resarcire valent.

Extremis

EMBL. XXVII.



Extremis postquam rediјt mercator ab Indis,
Et patriam varia merce beatus adit;
Explicat hanc cunctis, resq; admirantur Eoas:
Et celebrant gazas, nec tamen vllus emit.
Laudatur nimium virtus, sed vilior alga
Alget, & in medio restat inempta foro.

Vn milanes abrio ſu tienda vn dia
De gran concurſo a tiempo que la gente
Cada qual en ſu tracto diligente
A ſolo ſus negoçios atendia.
Mas oluidados dellos aporfia
Llegaron a mirar atentamente
La riqueça tan varia y exçellente
De quanto bueno en todo el mundo hauia,
Todos alaban todos engrandeçen
La bondad y riqueças dela tienda
Mas no ay quien della comprar algo quiera.
Y tal es la virtud que ſin contienda
Todos la preçian honrran y encareçen
Solo para mirarla des de fuera.

Impretio prætiũ,(ait ille) nũc eſt,nihilq; præter diuitias, vulgo æſtimatur aut colitur. Quæ ad diſciplinarũ ſcientiã pertinẽt oblita pæne ſunt. Ingeniũ,probitas,irriſorũ morſibus lacerãtur. Et ſi occultari nequit virtutis valor, miſerũ eſt quã ſine precio ſit, & quia in ſe omni laude di gniſſima eſt non mirũ ſi a multis probatur ſed neq; illã digito attingũt,ex quo iãpridẽ non ab re dictum eſt. Virtus laudatur, & alget.

Miratus

EMBL. XXVIII



Miratus taurum conflatum ex ære tyrannus
Approbat ingenio munera digna suo.
Vtq; fero artifici dentur sua præmia, primum
Mugire authorem iussit in ære suo.
Sic & consilij dirus fabricator iniqui,
Flagitijs primus tristia damna luet.

Quien

Quien con el toro de metal combida
Llegando la crueldad a donde pudo
Iusto fue que acabase alli la vida
Entrando en el a su pesar desnudo.
Merçed a tal seruizio mereçida,
Qual se le deue al consejero agudo
Que en mal hazer emplea su destreza
Y ordena Dios le llueua en la cabeza.

Phalaris huius nostræ Agrigentinæ Ciuitatis (cui licet indigne præsum) antiquis temporibus Rector, quem si tyrannum dixeris. nihil aliud quam Regem significat, iustæ crudelitatis memoriam in hoc Perilo nobis reliquit. vt qui author tam impij fuerat tormenti, illud primus experiretur, & singulos admoneret, neminem diligentẽ esse oportere in malis consilijs dandis, ne meritas penas luat, iuxta decretum antiquum vulgari sermone receptũ, Malum consilium consultori pessimum.

Corferre

EMBL. XXIX.



Conferre indigni cum ſe primoribus audent,
Quod ſors cæca illos auxerit inmeritos,
Euenit vt ſubito ſummo de vertice nutent,
Sorſq; eadem miſeros in nihilum redigat.
Non ſecus ex altis deſcendens montibus vmbra
Creſcit, & vt maior protinus illa fugit,

Quando

Quando los malos ſin raçon ſe igualan
Con los que ſon en honrra auentajados,
Quando mas enel mundo ſe ſeñalan
Con proſperos ſuçeſos leuantados,
En vn punto ſuçede, que res valan
Y enel miſmo los vemos acabados.
Por ſer como las ſombras quando creçen
Que en viendo ſe maiores, deſpareçen.

Quicunque vano ſupercilio omnes anteire & propter male adquiſitas opes nobilioribus præferri ſe affectant, neque aliud quã ſuæ obtemperare voluptati ſtudent, omni vitio deditì, non ſibi Neſtoreos promittant annos, ſed timeãt iuſtiſſimi Iudicis vindictam inminere. Quos vmbris ſimiles dicimus, quæ cum maiores ad occaſum ſolis apparent, ſubito euaneſcunt, vt veriſſimum ſit quod Dauid inquit. Vidi impium exaltatum ſuper cedros Libani, tranſiui & ecce non erat.

Qui

EMBL. XXX.



Qui rectum diuertit iter, atq; inuia cernit,
Cogitur emensas rursus inire vias;
Non secus oblique flectentem a tramite recti,
Dum felix propius iam sua damna videt,
Ne sic in salebras, præruptaq; saxa feratur
Est opus hinc retro cædere, tutius erit.

Es en la vida la mayor hazienda
El procurar yr bien encaminado
Y asi el que no lo va, buelua la rienda
Que se vera sin duda despeñado
Y heche de ver con tiempo, que la enmienda
Es vnico remedio del pecado.
Y del que va perdido es el consejo
El voluer para tras como cangrejo.

Huic in mundo animali proprium esse dicitur, & Plinius de authoritate Thrasili iã docuit, cum ægrotat remedium sibi in cancro inuenire, Et hæc nobis similitudo in eodem cancro retro semper incedente, animi morbos curare ostẽdit Oportet siquidem in mutare vitam & retrocedere, neque enim diffidendum est, mutari sententiam Dei si nos vitam mutare decernimus.

Litterulis

EMBL. XXXI.



Litterulis binis quas ruſticus haud bene norat,
Abdita vel doctis noſcere ſenſa putat.
Scilicet o duplici praua, & bona cuncta teneri
Atq; acceperunt talia dicta fidem.
Multa pius quoniam tolerans prorumpit in iſta
o breue tormentum, O gaudia quanta manẽt
Sed malus o quàm ſic breuiter ſolatia claudunt,
O mala quam longo tempore diſcruciant.

El

El ruſtico deuoto no enſeñado
Con dos letras y aun menos que ſabia
Saber ſecretos tales pretendia
Que a penas los alcança el mas letrado.
En dos oes tan ſolas encerrado
Eſtar el mal y el bien tanbien deçia.
Y viſta la raçon que le mouia,
De todos con raçon es aprobado.
o pequeña y O grande ſon del bueno
o que preſto ſe paſa eſte tormento
O que goço que eſpero eternamente.
Mas el malo dira de anguſtia lleno
o quan poco que dura el vil contento
O quan de eſpacio el mal del mal ſe ſiente.

Non multo ante noſtrum in Siciliam aduentũ narrauit hæc & alia de iſto analphabito ſed literatiſsimo ruſtico, quidam ex noſtris amicis qui & mecũ ſimul magnitudinem ſapientiæ & ſcientiæ Dei mirabatur. Ecce hic ruſticus a nemine edoctus, doctiſſimos quoſq; docebat et magno cordis affectu diuinis officijs aſiſtens & cõtinua oratione detentus ab eccleſia nunquam recedebat.

EMBL. XXXII.



Fallacis vitæ quiſquis ſpatiaris in hortis
Hic vbi multiplici gramine vernat humus,
Si ſapis, abſtineas lætos decerpere flores,
Deſine purpureas depopulare roſas.
Nam figit dextras armata in cuſpide, & herba
In viridi ſerpens ſæpe inimica latet.

E Los

Los que piſais del mundo las praderas,
Freſcas al pareçer y deleytoſas
Por mas que ſe os demueſtren liſonjeras
Yos llamen, no querais coxer ſus roſas,
Que punçan con eſpinas verdaderas.
Y ſin eſto, ſon falſas y engañoſas
Por que tienen de bajo (coſa cierta)
La eſponçoñada biuora encubierta.

Fallax voluptatum ſuauitas quam ſubito dolores & erumnæ comitantur. Extrema ſiquidem talis gaudij luctus occupat. Debiles hæ ſunt ſed fortiſſimos plures ſuperarunt, quod Seneca dixit, ſæua etiam ingenia rapuerunt. Virum ergo probum inprimis voluptates debellare oportet, ac omni animi conatu ſemper attendere, ne ipſarum blanditijs ſeductus in perpetuas moleſtias deuenire cogatur.

EMBL. XXXII.



Vt veram à falsa possit discernere matrem,
Infantem Salomon findier ense iubet,
Annuit hæc: instatq; operi: verum illa recusans
Postulat indignæ victa dolore dari.
Sic vera æterno coniuncta Ecclesia Christo
A falsa quantùm differat exprimitur.
Nam varia hæc varias scissuras quærit, at illa
Vna intacta manens schismata nulla probat.

Para que la verdad ſea conoçida
El poderoſo Rey ſabio, y prudente
Manda que el niño tierno ſe diuida,
La falſa madre otorga que no ſiente
Lo que va de morir a tener vida
Mas la que le pario no lo conſiente.
Y a ſi no admite ſciſma ſiempre entera
La Sancta Ygleſia Madre verdadera.

Hiſtoria hæc Sacra Regis Salomonis ſatis proprie hic in myſtico ſenſu interpretatur de integritate Eccleſiæ; quam diuidere pernicioſo, & execrabili ſchiſmate iamdudum conata eſt diſcordia ſeditionum mater quæ in Eccleſia malignantium inhabitat. Sed vera Mater Sanctiſſima Dei Eccleſia vna ſemper integra, & inmaculata in æternum permanet.

Turpia

EMBL. XXXIIII.



Turpia tot variæ ſpargunt mendacia linguæ
Credier vt liceat non niſi quæ videas.
Nec ſatis, hæc eadē manibus tractare neceſſe eſt.
Mōſtrat Elotbalidæ hoc ſic oculata manus.

E sta ya introduçido donde quiera
El fingir con estilo cortesano
Lo que no es y loque nunca fuera,
Y quieren que se tenga por muy llano.
Mas Epicharmo en esto nos dixera
Con el ojo en la palma dela mano.
Que es menester primero que se crea
Tocarse con la mano y que se vea.

Inter alias curialiũ nugas, primas habent partes Fictio et Simulatio. Illasq; Fraus & Dolus comitantur: vt nihil iam bona fide agatur, sed vt cautius & commodius (vt aiunt) licet omnia debitæ obseruantiæ iura spreta permaneant. Qua propter Epicharmus admonuit, manus & oculus in vnum conuenirent, dum occulatam manum ostenderet, vt rebus credendum sit non verbis, ac deinde non quæcunq; dicuntur vera esse iudicentur.

Indi-

EMBL. XXXIIII.



Indica dum liquidas ludit testudo per vndas,
Cum media flammas Phœbus ab arce iacit
Tumq; inuersa natat nimio exiccata calore,
Siccior obriguit quam fuit ante cutis.
Cogitur & refluis vitam disperdere in vndis,
Cum nulla in rectum vertier arte valet
Non secus ad radios qui se inuertere potentum,
Sæpe insperatis succubuere malis.

Como jugando al Sol de medio dia
La Tortuga marina del Oriente
Nada de ſpaldas y aun que mas porfia
La ſequedad ſubuelta no conſiente
Y hallaſe de tal ſuerte qual ſeria
Poſible verſe en corte alguna gente.
Que al rayo del fauor ſe an traſtornado
Y no ay boluer en ſi, que ſe an ſecado.

Teſtudinum in mari Indico ea eſt magnitudo, vt illorum conchæ habitabiles caſſas integant, quæ ad Solis radios conuerſæ dum reuerti non poſſunt, exicatæ inueniũtur. Et tales eſſe dicimut ambitioſos qui potentum aulas frequentans & promiſſis iã diuites ſingulis diebus ſpectant honorem adepturos, nec ſatis eſt ſemel decipi, ſubſtinent, & ſperant adhuc donec ſpirent vltimũ halitũ, ac ſine mente perſeuerant, quod in ſe iam conuerti non valent.

Tam

EMBL. XXXVI.



Tam domino grata eſt humilis fiducia ſerui,
Et tanto iuſtæ ſunt in honore præces.
Vt quamuis ſacras quiſquam commouerit iras,
Pacato precibus numine tutus agat.
Hic ſculptũ fulmẽ, quod ſic ſuper incubat aram
Diuina oſtendit vincier arma præce.

Puede

Puede tanto la humilde confiança
Con Dios, y tanto el justo y Sancto ruego,
Que quanto pretendiere el hombre alcança,
Si conoçe que andaua errado y çiego.
La oraçion le desuia la vengança
Que le speraua con eterno fuego
Y a si tendido el rayo sobre el ara
La Diuina clemençia nos declara.

Ex quodam antiquo numismate expressa fuit hæc ara in qua fulgur depositum apparet cũ titulo, Clementia, vt illius Imperatoris egregia hæc virtus commẽdaretur: Sed vt verius ista significent (omissa principũ adulatione,) clementiam Dei nobis hæc proponũt & simul exhortamur omnes ad Omnipotentem Deum assiduis præcibus accedamus sine timore, exaudiri sperantes, quoniam benignus est misericors miserator, & iustus & nunquam humilium vota despicere solitus.

EMBL. XXXVI.



Quod nimijs obſtet ſemper Rhamnuſia votis,
Non mirum, irritant vota ſuperba Deos
Sed quæ vel ratio, vel mens pia poſtulat, vnde
Aduerſas Diuum promeruere manus?

Que estorue los suçessos deseados
Rhamnusia desabrida, non me espanto
Quando son los deseos demasiados,
Mas no a quellos que son medidos tanto
Quanto requiere el ser encaminados
A fin que con raçon se diga Sancto.
Que indignaçion es esta? o que enemiga?
Que siempre los estorue y contradiga?

Indigne ferentis fortunam suã aduersam verba sunt hæc, at cuique proderunt vt se in nimijs desiderijs corrigat. Quod si ad rationem moderata fuerint vota, minimè desperandum rata esse futura. Tum maximè si omnem nostrum cogitatum in dominum proijcimus. Sic enim Dauid ait, iacta, quod omnimodam renuntiationẽ & sine mora denotat. Ipse enim pro sua benignitate qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, profutura nobis proculdubio conferet.

EMBL. XXXVIII.



Annuit ante aram dulci procumbere dextra
Isacus, heu patris pignora chara sui.
Cumq; prius summo obtulerit sese ipse parenti,
Obtulit implicitas in sua vincla manus:
Luminaq; obscuro tectus velamine supplex
Expectat gladio iam properante mori
Interea implorat dominum contentus in ipso
Viuere, siue animam victima factus agat.

Con-

Consiente Isac en ser sacrificado
Por mano de quien le ama tiernamente,
Y auiendose del todo resignado
En las manos de Dios omnipotente.
Se ve ligar las suyas y vendado,
Aguarda el golpe que venir ya siente.
Llamando a Dios en quien biuir espera
Aun que ofreçido al sacrificio muera.

Cum per triginta dies, in hoc Episcopali Agrigẽtino Palatio a quibusdam proscriptis grassatoribus obsessus fuissem, et diebus singulis in nostro sacello rẽ sacrã peragerem, nõ leue mihi solatium fuit Isac Sanctum considerare iam aræ impositum ligatis manibus & crudelem gladiũ expectãtẽ. Sic enim oblatus erã Deo vt quod suæ voluntatis esset in me exequeretur. A quo inmani discrimine misericordia Dei liberatus sum, licet adhuc hæc pericula & insidiæ non desint. Sed o Sanctissima Virgo Maria Mater Veritatis in te sperauimus sub tuũ præsidium confugimus nostras depræcationes non despicies.

Assuetus

EMBL. XXXIX.



INVIA VIRTVTI NVLLA EST VIA

Assuetus magnis animus sic se excitat acer,
Vt nusquam vires consulat ipse suas:
Nam si deficiant, solers industria vincit,
Improbus assistat si tamen vsq; labor.
Sic & in accessa est virtuti semita nulla,
Annibal abruptis Alpibus hoc docuit:
Cuius ob id facinus nomen sese intulit astris
Vt merito hoc valeat nulla abolere dies.

Donde

Donde llegar la fuerça desconfia
El animo y valor tienen tal mano
Que juntadas la industria y la porfia,
Lo mas dificultoso se haçe llano
Qual se mostro alas gentes a quel dia
Que los Alpes paso el gran Africano.
Cuyo esfuerço y valor con tanta gloria
Haran eterna siempre su memoria.

Virtuti cedere fortunam, in his videmus qui in rebus agendis prudentia, & perseuerantia incumbunt totisque uiribus instant; illud verissimum esse credentes, quod assiduus labor qui improbus dicitur, omnia vincat. Et cum alias dictum sit: Nullam virtuti inuiam esse viam; in historia Annibalis notissima & satis ad rem apta, hoc demonstrare presenti emblemate conati sumus.

EMBL. XLI.



Heu miserũ quoties congesta pecunia vexat,
Sedula cui semper cura ministrat opes.
Nam simul atq; arbos pomis onerata dehiscens
Sternitur, ac inopem copia magna premit.
Fortunam positum qui se videt inter vtramq;
Huic mage quæ nulla est iure colenda venit.

No ſolo no aprouecha la riqueça
Amuchos que en llegarla ſe an canſado
Mas vienen apaſar mayor pobreça
Si acaſo dela muerte ſe han librado
Qual ſe ve dela fruta y ſu grandeça
El arbol con el peſo deſgajado.
Y aſi de todas la mejor fortuna
Es muchas veçes no tener alguna.

Quicunq; fœlici ſorte quam reputat, ingentem pecuniarum ſummam ſibi comparat, velut arbor copioſo fructu onuſta videat ne dehiſcat, cum ſibi tot hoſtium inſidias excitauerit. Quorũ manus ſi forte euaſerit crudeles, & in manus conſilij ſui deuenerit, crudeliores contra ſe inueniet. Quo fit vt fœliciorem obtineat ſortem qui vel nullam adepti ſunt.

EMBL. XXI.



Tetra auis, & nullo pennarum ornata decore
Scanderat aereas ausa volare vias.
Iudicio hanc sisti iussit Regina volantum,
Ne inmerito absentem criminis argueret,
Illa ergo ostendit, quas falso credidit alas.
Muribus ex ipsis testificata genus,
Sic iudex tenebris addictam luce relegans,
Omnibus infestam protinus esse iubet.

Viendo las aues el atreuimiento
Del que volar sin plumas pretendia
Quexaron del, y preso sin tormento
Confesò de ratones desçendia.
Y aunque (como alegauan) no tenia
Plumas con que volase por el viento,
Tales quales al fin alas traya
Con que poder volar a su contento:
Vista su confesion y aueriguado
Quien fueron sus mayores, quien el era
Y su poco caudal, por atreuido
Del Aguila Real fue condenado
En destierro del dia, y que doquiera
Fuese stimado en poco y perseguido.

Vtinam in hoc lepidissimo iuditio Aquilæ suam sortem agnoscerent qui nimium sibi arrogantes, cũ vix fuerint discipuli, magistros agunt, & præter ipsos neminem probari aut laudari student, sed a suis, aut vanis alijs auditoribus quos blandis sermonibus demulcent. Quibus in pœnam datum est ne in lucem prodeat aut viles & abiecti inter omnes habeantur.

Cauca-

EMBL. XLIII.



Caucasea ferro astrictus sub rupe Prometheus
Perpetuam nimio pectore pascit auem;
Inter vtrumq; manet fibris in corde renatis
Nec viuit viuens, nec moritur moriens.
Sic procerum sæuo vexantur pectora morsu,
Quos & deuinctos publica cura tenet,
Nec pereunt, quoniam surgunt in pectore vires,
Cordaq; sunt ipsis amplificata malis.

En el Caucaſo monte el atreuido
Prometheo veis aqui medio deshecho
Del aue que ſobre el haçe ſu nido
Y buelue luego renouado el pecho.
Lo miſmo auiene aquien eſta afligido
En publico gobierno aſu deſpecho.
Que ya eſtuuiera entre los oluidados
Mas creçe el coraçon con los cuydados.

Quanta in muneribus publicis ſolicitudo ſit iã ſatis ab omnibus difamatum eſt, ſed ſi in his præter ordinem, erumnæ & miſeriæ aduenerint catenis aſtringi neceſſe eſt vt perſiſtere valeant. Quibus proculdubio fortiſſimi cuiuſq; animus deficeret dum aſſiduæ curæ dilacerant cor, niſi & ipſum ſimul cũ ærumnis creſceret & beneficio altiſſimi dilataretur vt in Dauid Rege, qui a iuuentute in laboribus aſſuetus omne genus tribulationũ expertus eſt. Et demum, in tribulatione (inquit) dilataſti mihi.

EMBL. XLIIII.



Qui ex humili degit magna inuidioſus in aula,
Illum quòd nimium Principis aura fouet:
Si nihil huic magno reddit cum fœnore tellus,
Securus ſortis non velit eſſe ſuæ.
Non ſua diffundat pompæ oſtentator inanis:
Aſt auis exemplo conſulat ipſe ſibi.
Hæc etenim ante hiemem nouit cõponere nidũ,
Dum placidæ æſtatis tempora clara ſinunt.

Por mas fauores que siruiendo cuente
El que fuere del Principe priuado
Aun que solo mirando lo presente
Este bien y se hallare acomodado,
Si es auisado y cuerdo, si es prudente
Podra deçir, no es este firme estado.
No siempre sera stio, sin ruido
Recojamos pajuelas para el nido.

Didacus noster Fœlicissimæ memoriæ splendidā habuit familiam ex qua plures ad Episcopalem deuenerunt dignitatem præter illos qui officio Sanctæ Inquisitionis inseruierunt, & ex secularibus plures in domo regia, & alijs publicis officijs adhuc seruiūt. Inter quos fuit quidam Oeconomus a puero in domo enutritus, & istum suam vel patroni substantiam disperdere fama erat, quem hoc versiculo inscripto vbi quotidie ab ipso legeretur, admonui. Nō semper erit æstas componite nidos, nec profuit, & postea in summam paupertatem deuenit.

Non

EMBL. XLIIII.



Non hæc latrantis deformia Anubidis ora
Niliacis longo tempore culta viris
Quin potius putido ſimul hæc impoſta ſepulchro
Myſtica diuini carminis intus habent.
Conueniant igitur crudelia ſymbola cetu
Iactancti medio verba canina foro.

No

No es este aquel Anubis venerado
Tanto tiempo de Aegypto aunque disforme
Mas la figura del cruel Senado
De maldiçientes, y porque conforme
Loque el diuino espiritu ha cantado
Degente tan pestifera y enorme.
Sobre el sepulchro abierto se leuanta
Pues de tan mal olor es la garganta.

Quid non contra irrisores cõmunes reipublicæ hostes tam sacris quam profanis litteris dictum est? aliqua in enarratione referuntur, & hic satis erit insinuare originẽ huius Symboli: Nempe a sententia Dauid Regis, Sepulchrum patens gutur eorum, propter fœditatẽ oris. Sed quam crudeles sint in dilacerando cuiusq; honorem, & famam canis rabidi seu Lupi vespertini crudelissimi figura viperas gutturi implicitas gerentis, ostendit.

EMBL. XLV.



Tartareis victor rediens Tyrinthius oris
Tricipitis vinxit colla cruenta canis
Ex illo quamuis latratu terreat vmbras,
Ferrea non vlli vincla nocere sinunt.
Stulte ergo efficiet qui sese ingesserit vltro
Vt veniat sæuo subdita præda cani.

Por

Por Hercules vençido el can Ceruero
Domada en grande parte su braueça,
Y atado como veys enel madero
Para que se limite su fierça,
Muestran al cuerdo y sabio verdadero
La ciega contedad y la simpleça.
De aquel que se le açerca estando claro
Que a de ser presa suya sin reparo.

Crudelissim⁹ humani generis hostis ligatus modo est, quia limitatam habet potestatem vt in Iob videmus, & deinde inuitis nobis nihil in nos vnquam valet propter liberi arbitrij fortitudinem. Ideoq; securus euadet qui ad ipsũ vltro per consensum a voluptatibus allectus non accesserit. Fabula Herculis satis ad rem aducta est, quae in recordationem omnimodo necessariam nobis prodesse poterit.

Viuere

EMBL. XLVI.



Viuere quisquis auet procul à popularibus vris,
Cuilibet ignotus non tamen ipse sibi:
Non mirum rudibus rudis ipse appareat, atqui
Diuini ingenij munera sacra latent.
Sylenos habuit quosdam veneranda vetustas,
Queis erat inclusum nobilis artis opus.
Forma externa illis rudis atq; inculta, sed int°
Clausere artifices mystica signa manus.

No ſiempre ſe demueſtra por de fuera
El ingenio y valor que eſta encerrado
En quien la profeſion mas verdadera
Haye modeſto humilde y recatado.
Es meneſter llegar ſe le ſiquiera
Por que hallaran auiendole tratado,
Ser por ventura al pareçer Syleno ,
Y en lo interior de mil grandeças lleno.

Syleni Alcibiadis (vt norunt Docti) figuræ fuerunt ligneæ, quæ exteriori forma Sylenis erãt ſimiles ſed interius adaperti demonſtrabant varias e buxo imagunculas adeò artificioſe fabrefactas vt mirum in modum authoris ingenium comendarent. Et tales eſſe dicimus ſapientũ virorũ aliquos qui pro ipſorũ modeſtia nihil exterius ſuæ excellentiæ demonſtrant, & vulgo negliguntur. Sed ſi propius tractantur, & oportet rerũ ſuarum rationem reddere, omnes in ſui admirationem trahunt.

Nouerit

EMBL. XLVII.



Nouerit, attonitus animi quicunq; leanam
Desinere in sæuam virginis ora videt,
Sphynga Deû ante ædes priscos posuisse biformê:
Vt studeat caste quisquis adire Deos.
Nam sæuum sæuis species hæc sæua reuelat,
Et mitis, mitem mitibus esse Deum.

A las

A las puertas del templo aun que profano
En la ſphinge que veys ſe amoneſtaua,
Al que entraſe a pedir, ſeria en ſu mano
Alcançar el perdon que deſeaua.
Por que ſi el con los otros era humano
Benigno y fauorable a Dios hallaua.
Y ſiera ſin piedad y poco afable
Hallauale aſi miſmo inexorable.

Inſignis iſte priſcorum ritus, ante Deorum templa ſphingem biformen ſtatuendi. ſententiã celebrem in ſe referebat, vt omnes admoneret. fruſtra inique animo ad Deos accedere vt indulgentiam ab eis impetrẽt qui aduerſarÿs ſuis præſtare veniam recuſant. Talem enim Deũ inueniet qualem ſe introduxerit. Quod & Dauid in his verbis docuit. Cum Sancto Sãctus eris cũ iniquo peruerteris. Siue vt in Hebræo peruertes, & D. Bernardus in cantica. Qualem te parraueris Deo talis oportet appareat tibi.

EMBL. XLVIII.



Se comitem addiderat Ceruo per deuia Vulpes,
Dum timet obſcurum carpere noctis iter.
Nec pauet vlterius acres ſecura moloſſos,
Aut ſimul in ſæuas comminus ire feras.
Sed poſtquam torpere ſuum videt illa ſodalem,
Et trepido quantos incutit vmbra metus.
Hæc ait, Eſto procul, generoſe o miles in armis,
Si nihil in tanto corpore cordis habes.

El çieruo con la zorra caminando
En gran conformidad, ella deçia
Que estimaua tenerle de su uando
Por ver las armas grandes que traya.
Mas viendo que de todo yua tenblando
Y el animo tan flaco que tenia,
Pase (dixo,) de largo el cauallero
Mas coraçon y menos armas quiero.

Nouus hic Cerui et Vulpis apologus antiquum in rebus bellicis præceptum notat. Nihil enim infœlicius contingere poterit militũ strenuorum exercitui quam ducem habere inexpertem aut timidum. Necesse est pereant rectoris defectu quanuis nobilissimi, cum maiorũ stemata nihil vnquã prosunt; licet admonere & cohortare valeãt. Ex quo verissimum fuisse cõstat illud Cabriæ repetitũ votum, dicentis. Mallem Ceruorũ exercitum Leone Duce quam Leonum, Duce Ceruo.

Ex-

EMBL. XLIX.



Extinctum media Alcides cum vidit arena
Antæum tactæ surgere matris ope,
Suspensum validis procul à tellure lacertis
Comprimit, & misero mors properata venit:
Terrenus sensus summa & demissus ab arce
Spiritus in nobis aeria bella gerunt.
Sæpius hic victor deuictum in prælia vidit
Rursum terrenis surgere subsidijs.
Ergo illum vt superet, longe à tellure reuelli
Est opus, & totis viribus vsq; premi.

Luchando a quel famoso hijo de Alçeo
Con hijo della tierra, derribado
Mil veçes le tenia y acabado
Y tantas ala lucha buelue arreo.
Y Hercules conoçiendo como Anteo
Dela tierra su madre era ayudado
Leuantando en el ayre y apretado
Tiniendole, dio fin asu deseo.
El alma hija de Dios con el sentido
Que es hijo dela tierra gran contienda
De antiguo entre los dos siẽpre ha tenido,
Y para le vençer, conuiene atienda
Tenerle dela tierra suspendido
Que con esto no aura quien le defienda.

Sentio aliam legem in membris meis quæ repugnat legi mentis meæ, inquit Paulus, ostendẽs hæc inter animam & corpus, mentem & sensum perpetua dissidia. Ratio autẽ mẽtis semper superior erit vbi suspendium elegerit anima & a terrenis subsidijs voluptate & delicijs abstinuerit in corpore, quod ipsam agrauat, tanquam corruptioni obnoxium.

Hic

EMBL. L.



Hic vbi iam medium cæli sic rectus Orizon
Diuidit, vt cedant noxq; diesq; pares
Non equidem Zonis mensura est omnibus vna
Non etiam motus omnibus vnus adest
Ast minor & maior velox hæc tardior illa
Insimul accessu succubuere pari
Sic & ad occasum vitæ, quo tendimus omnes
Serius aut Citius sors sua quemq; manet.

Los

Los çirculos que vemos en la ſphera
Lla mada recta, donde ſon iguales
El dia y la noche, ſi ſe conſidera
Ser en grandeça y curſo deſiguales
Mas acabar al fin de vna manera
Nos diçen lo que paſa en los mortales.
Quelos grandes y chicos (ſi miramos)
Todos a vn occidente caminamos.

Citius aut Sero, quod Poeta ille dixit, ad varietatem curſus referendum eſt, maiores ſiquidē in ſphæra circuli velociores ſunt & minores tardi, ſed omnes ſimul ad eũdem occaſum properant. Vidi Principes magnos, in ipſo celſitudinis maiori gradu pene inmortales iudicio hominũ, aut ſaltim longiori vita digniſſimos, et ecce inſperat' morbus, mortem nunciat omnia conturbat omnia inuertit. Quid non in morte Didaci mei didici? ingenue fateor eodē tēpore, magna mihi inſolacium promiſſa fuiſſe non ſpernenda, ſed ex tunc noluiſſe cor apponere.

Finis libri quarti.


PAR SIT
TVNA LAB

E M B L. I.



Multorum qui ſe ſpectantia lumina cernit,
Et ſe ſuppoſitum tot videt arbitrijs,
Strenuus ille animo quãuis percũcta recurrat,
Vixq; oculis factum tot ſatis eſſe putet;
Eſt opus vt proprio mentis ſe lumine luſtret,
Atq; in ſe verum conſulat ipſe ſibi.
Nã reliquis (vario dũ ſe in certamine verſãt,)
Qui placeat, ſano pectore nullus erit.

El que de muchos ojos rodeado
Se halla para el bien o mal que hiçiere,
Raçon es que le pongan en cuydado.
Mas el mirar el porsi quanto pudiere,
Esto haçe el ojo proprio auentajado,
Y el que defiende enquanto se ofreçiere.
Que los demas ayuden es creyble
Mas contentar a todos no es posible.

Oculus hic in medio clypei (de cuius origine iã diximus) cuiusq; cõscientiam denotat, quã D. Chrisostomus pedagũ nostrũ vocat, et hunc si quis audierit nil curabit tot circumspectãtiũ iudicia. Neque enim solus agit, qui sibi conscius vel in deserto aliquid perpetrarit. Nã et conscientia mille testes dici solet. Sic nullus quid quam agere præsumet solus quod in conspectu aliorũ minime fecisset: Hoc præcipuũ documentũ a Domino meo Didaco habui quẽ dum viuerit ita colui vt nihil auderem ipsius repræhensione dignũ, & nunc eũdẽ præsentem in omnibus habere studeo vt exemplũ sit mihi, Viuit enim in me & viuet semper tãti Præceptoris & Domini sanctissima memoria.

EMBL. II.



Cum se superius, tumefactũ & flatibus Aer
Cerneret, hinc Terræ despiciebat humum.
Subdita quod cũctis calcata animantibus esset
Et nihil in toto vilius orbe foret.
Illa autem, vana sic tu leuitate superbis,
Et strides verbis vanior ipse tuis.
Atqui ego cũctarum genitrix vberrima rerũ,
Ditari aduersis glorior vsq; meis.

La humilde tierra siendo despreçiada
Sinque ni para que del ayre vano,
Por verla ser de todos tan hollada
Preçiandose de brauo y de in humano.
Vuo de responderle de cansada
Que al fin el presumia de liuiano.
Y ella sufriendo a tales produçia
Quanta riqueça en todo el mundo hauia.

Multiplicem in varijs tentationibus prouentum ostendat tellus ipsa continuis incursibus & laboribus oppressa, propter quæ abūdātius (vt constat) segetes produucit et quæcūq; homini ac cæteris animantibus ad victum necessaria sunt. Inique ergo in nostro emblemate ventosus aer & vanus terram paruipendens infestās improperat quod ipse superbus, illa humilis sit. Verum ille dignū accepit respōsū quale sibi referre debent qui tales sunt, superciliosi vaniloqui & sæpius sine vlla nobilitatis vmbra despiciūt virtute præditos aut ingenio & literis insignes quod humiles sint, quibus gratiā impertit ur Deus superbis autem resistit.

Dum

EMBL. III.



Dum fulget medio Phœbe nitidissima cælo,
Accipit & plenum fratris ab orbe iubar:
Contigit inuiso sese velamine condi,
Dum latet obscurum nube recincta caput.
Quæritis hæc præceps mutauerit unde colores?
Quid mirum? terræ nobilis umbra fuit.
Non aliter mentē superas qui intēdit in arces,
Et lumen veri luminis intus habet,
Terrenis fugiat ni se immiscere tenebris
Amittet radios protinus ille suos.

L I B. V.

Quando mas clara y quaudo mas hermosa
Senos muestra la Luna estando opuesta
Estando llena rostro arostro puesta
Mirando al que en mirar l'haçe goçosa.
Vereys alguna vez (estraña cosa)
Quedar sin elaridad como depuesta
Porque miro la tierra y solo desta
Toco la sombra escura y tenebrosa.
El alma que pretende auentajarse
Gozando dela luz que Dios le embia
Procure della tierra retirarse.
Nole toque su sombra porque el dia
Que quiera en vanidades ocuparse
Se eclypsara su luz y su alegria.

Qui de terra est de terra loquitur et terrena sapit, & qui de Cælis? nõne cælestia meditatur? Sed ideo cautior esse in omnib' quisq; debet cũ in terra sit et terrenũ corporis põdus ꝙ graue est nimis secum portet: ne miserabili casu decidat a luce in tenebras, alucidissimo die ad obscuras vmbras noctis. Similitudo Eclypsis Lunæ satis explicat quam sit damnosum menti Deo deuotæ vel vmbram terræ pertingere.

EMBL. IIII.



Qui iaceam vel quæ tumulo, si fortè requiris,
Non liquet: ambiguũ est fæmina, virnè siem.
Quod fuerit lethum ignoro: sæuissima Parca
Me mortem triplici iussit adire via.
Arbor frondosis velabat littora ramis,
Ascendo: inuersum concidit amne caput.
Pes autem ramo (crudeli sorte) pependit:
Confoßum at sæuo pectus ab ense fuit.
Iãq; tuli infelix, nec vir, nec fœmina, mersus,
Confossus, pendens, flumina, tela, cruces.

Si preguntas quien soy nose quien era
Hombre o muger per serlo juntamente
Ni supe de tres muertes qual muriera
Siendo cada vna de ellas diferente
El pie preso de vna arbol do subiera
Cay sobre mi espada en la corriente
Hombre muger y neutro fue mi suerte
Ayerro en agua y horca fue mi muerte.

Ortum habuit pictura hæc a quodam Græco epigrammate eleganter admodum ab Angelo Politiano translato, quod nos etiã sub præsenti figura transferre curauimus vt inter alia quæ nobis mortem cõmemorant hoc etiã meditemur non solum esse sed multiplicẽ, vt hic in varijs fortunæ casibus: Et similiter ex tot in corpore humorum dissidijs certissimum est quod ægroti sæpius non vna ex causa sed multis doloribus affecti & varijs morbis exhausti ad interitum deuenire solent.

E M B L. V.



Inuidus vt fæno canis ad præſepia parcit,
Nec patitur ſuetas pabula adire boues;
Sic & auarus inops dum ſedulus incubat auro,
Non ſibi, non alÿs ſordidus æra fouet.
Quo propiora manent, tãto magis illa recedũt,
Vt nihil in proprio iuris habere queat;
Quoq; magis lauta ẽ, tãto mage curta ſupellex,
Indiget, & nunquam deſinit eſſe miſer.

A qui

A qui ſe mueſtra el perro ſobre el heno
Que ni le come ni comer le dexa.
Y en el vereis al auariento lleno
Del metal que aun que antiguo no ſe añeja
Y con ſer como es proprio es tan ajeno
Que quanto mas le açerca mas ſe alexa.
Y aunque le ſobra, lo que ſobra falta
Porque de corto ſiempre ſe halla en falta.

Auarum ſimilē eſſe olitoris cani, qui nec caules edit: nec alios permittit colligere vt edant. Vulgo dicim', quod antiqui dixerūt Canis in *præſepio. Difficilis quidē ī homine morb', auaritia. & pene inſanabilis propter rationes iuſtiſſimas (vt credit) quas ſibi auarus excogitat. Et inter alia, A nullo (inquit) accepiſſe cui reddere teneatur niſi a* Deo, *& ſic velle cōdere templum ſiue hoſpitale, aut pro virginibus ſacris Cænobium & ſimilia, in quibus ab omnibus approbari iudicat, nec modum lucris imponit etiā illicitis donec inſperata morte præuentus omnia deſtituat, atque exterminium inueniat infœliciſſima anima ſua.*

Extol-

EMBL. VI.



Extollant vates horrentia prælia Martis,
Armorum ſtrepitu totaq; terra tremat.
Ecce amat, & turpi potuit ſuccumbere noxæ,
Quidne illum Clypei, quid fera bella iuuãt?
Aßequitur celerem tardus dum ferrea tendit
Retia, & impliciti Marſq;, Venuſq; manẽt.

Digan con alta voz del fiero Marte
Y eſpante el mundo todo ſu braueça.
Que ſi para vençerſe no fue parte
Todo ſu gran esfuerço fue flaqueça.
Que todo le falto quando con arte
La cojedad vençio ſu ligereça,
Quando deſenlaçar procura en vano
La red artifiçioſa de Vulcano.

Homerus ingenioſe hanc fabulam deſcripſit, & ſententiam docuit quã in noſtris inſeruimus Symbolis: Nemini licere iniuriã alicui inferre & fugam capere, iuſtus enim dolor offenſum concitat & quamuis tardus vt hic Vulcanus claudus fortiſſimum & velocem Martẽ inſequatur apprehẽdit tandẽ et reti implicitũ ſimul cùm Venere conſpectui Deorum exponit: Quam innumera illuſtrium virorum facinora obſcura in vmbra iacent, propter hæc turpium Amorum ferrea vincula, quibus irretiti fortes & validi nullius iã eſſe fortitudinis, vel inuiti fateantur, neceſſe eſt.

Inſtan-

EMBL. VII.



Instantis quisquis nouit discrimina casus
Diffugere & rebus prouidus esse suis;
Exequitur pia iussa Dei, qui cuncta tuetur,
Quiq; locis præsens omnibus vnus adest.
Ipsius & mentem non fas tentare, scienter
Qui peccat, mitem non habet ille Deum.
Nam qui distento super volat aera fune,
Quæ placuere sibi iure pericla subit.

El que delos peligros ſe retira
Haçe como diſcreto y lo que manda
A quel que quanto paſa juzga y mira,
Y donde quiera tras nos otros anda.
No ay para que tentarle que ſu ira
Donde vuiere maliçia no ſe ablanda.
Y el que ſobre maromas andar quiere
Tarde o temprano en el peligro muere.

Commune illud lucri faciendi deſiderium multa adinuenit abſq; vllo euidentis periculi timore, quale eſt, vẽtis animã cõmittere (vt iuuenalis ait) digitis remotũ a morte quatuor aut ſeptem ſi latiſſimum ſit lignum. Sed illud maioris eſſe temeritatis non dubiũ, ſuper funes in aere deambulare. Eccleſiaſtes autẽ pericula eſſe euitanda admonet. Nam qui ſe periculo obiecerit iam peccat quia voluntarie hoc agit, & praeterea ſæpius Deo permittente decidit in pericula ipſa quæ vitare noluit Et taliũ in funanbulo iſto (ſchenobate Græcis) exemplum poſuimus cum inſcriptione. Qui amat periculum.

Aequo

EMBL. VIII.



Aequoreas profugus Phryxus cōſcendit in vn-
Cærula lanigera per freta vectus oue (das,
Qui quāquam reſidet præcioſo in vellere, triſtis
Mergier inſanis fluctibus ille timet.
Sic auro fretus qui magnos ambit honores,
Angitur, & curis fluctuat vſq; ſuis.

Entra

Entra en las aguas Phrixo denodado
Yen medio delas olas temeroſo
Teme el carnero de oro ver canſado,
Qual teme y ſe congoja el ambicioſo
Que en ſolo ſu dinero confiado
Entrò donde ſe halla tan medroſo.
Y con tanta raçon que ſi pudiera
Por verſe libre quanto tiene diera.

Plura varijs locis contra auaros notata a nobis ſunt, ſed non eadē propter copiam necnō faſtidij euitandi cauſa iuxta morem. Quid enim repetita iuuare poßunt deficiente lepore in noua ſententiæ alicuius explanatione, eßet namq; vt prouerbio fertur Chambre recocta quæ omnē amittit ſaporem & nullius eſt momenti. Notatur ergo in hac antiqua fabula ambitio illius qui nulla alia ratione alectus quā quod diues ſit, quæ minime expediunt temere aggreditur & in media ſui propoſiti exquiſitione nutat & periculum agnoſcens in dubio eſt quemadmodum illud euitare iam poßit. ſed ipſe viderit.

EMBL. IX.



Sedula quæ in campis paſtorem decipit ales
Stat loco, & inſtantes effugit illa manus.
Sortita hinc vulgo nomen, dum fallere quærit
Fallitur, & merito præda petita venit
Sic ſolet in medias illabi fœmina caſſes,
Tendere quas miſeris ingenioſa valet.
Nā quæ mille modis dum ludere quærit amātes
Luditur, & laqueis ſe implicat ipſa ſuis.

Si pensando burlar se halla burlada
Quando menos se piensa el auezilla.
Dicha engaña pastores, bien pintada
Se puede en ella ver la simplezilla
Donzella, que en sus mañas confiada
Espera y entretiene aquien seruilla
Procura, porque tiene por muy llano
Lo que mirado bien no esta en su mano.

Notissima est auicula hæc in campis, vulgo illudens pastores dicta quæ ante oculos residit vt properātis manus effugiat. Verū non semper hoc contigit & dum fallere credit, fallitur. Talia sane euenire solent in palatijs Principum & alijs quibusque vbi decoræ sunt fœminæ, & videre simul, & videri gaudent deinde alloqui, & fugere vt postea cōpareāt. Quod si munuscula acceperint, leuiores folijs mutantur hūc et alios illudentes sed qui talia probant, periculo se obijciunt, in quod nō difficile est deuenire nisi abstineant.

Demer-

EMBL. X.



Demersum medijs ferrum Iordanis in vndis,
Iam natat, & lignum protinus ima petit.
Sic grauior ferro labes antiqua parentum
Traxerat humanum Tartara ad ima genus:
Sed ligni virtus mersos e gurgite vasto
Euocat: hinc nobis spesq; salusq; venit.

En lo mas hondo del Iordan caydo
El açero pesado es del madero
Hechado en su lugar fauoreçido.
Figura del remedio verdadero
Del hombre que alo hondo auia venido
Por la culpa pesada mas que açero.
Y el madero le saca del profundo
Del medio delas aguas deste mundo.

Inmensum sane est peccati pōdus quod vel cœlorum machina subsistinere non potuit, & in sacris literis plūbo assimilatur. Atq; hoc plane, significavit ferrum virtute ligni natans quod demersum in profundum venerat. Sic enim & homo peccato (omni ferro grauiori) oppressus, Christi D. N. præcioso sanguine in ligno Crucis redemptus est, & a profundo in quem deuenerat liberatus. Vtinam præsens historia pre oculis sit semper nobis, vt inmenso Crucis benefitio, & vera cordis nostri contritione a peccatorum pondere liberemur.

Stra-

E M B L. XI.



Strauerat Alcides Nemeea in valle Leonem.
Et subito è Lerna prosilit Hydra nocens.
Hanc ille haud potuit solo contundere ferro,
Dum videt in cristas surgere colla nouas.
Ergo ira impatiēs flāmas rapit impiger Heros,
Iamq; renascentem comprimit igne feram.
Sic etiam inuadens liuor facta inclita, ferrum
Non timet, at flammis vritur ipse suis.

Cuentan de aquel Thebano tan famoso
Por vltima y maior de sus haçañas
El vençer con esfuerço valeroso
La hydra y sus cabeças tan estrañas.
Esta dizen denota el inuidioso
Enemigo del bien y sus entrañas
Llenas de aquel pestifero veneno
Que tiene el mundo de maldades lleno.

Inuisum hoc omnibus inuidiæ vitiũ non aliũ de quam a superbia, & detestabili odio prouenire solet Quo fit vt quos inuidi tali iniquo mentis affectu prosequuntur, qua ex parte lædere valent nũquam prætermittunt, Insidias vbiq; tendunt, & detrahere nunquam cessãt, vt cuiq; bono operi impedimento fiat; ne inde gloria & honor alicui accedat. Ecce quot mõstra Alcides superauit, vt inimicorũ damna auerteret, inuidiæ tamen insidias, & Lethale virus superare vix potuit, & sic vltimus & difficilior laborum Hydræ interitus numeratur.

E M B L. X I I.



Lysimachum sæuo sitis arida subdidit hosti,
Proluat ut gelidi guttura fontis aqua.
Protinus at mærẽs, quòd se breuis illa voluptas
Fecerit æterno subdere colla iugo;
Heu miserũ (dixit) quã me mal⁹ abstulit error,
Dum mortem fugio, morte perire iuuat.

Con que pueda beuer hasta hartarse
Se sujeto Lysimacho çercado
Y apenas vuo el pecho refrescado
Quando comiença el triste a lastimarse.
Es posible que quiera vno entregarse
Al enemigo por lo que alcançado
Tan poco le aprouecha y engañado
Quiera por no morir la muerte darse?
Muriera yo mil veçes de otra suerte
Y no despues de auer escureçido
La honra de que tanto me preçiaua.
Quan presto el vil deleyte seme ha ydo
Tan presto se açerco la infamia y muerte
Que poco antes con honrra me esperaua.

Lysimachi historiam Plutarcus varijs locis refert, vnicum nobis exemplum, vt nunquã voluptatẽ honestati praeferamus. Nondũ enim accessit voluptas, et ecce euanuit, manetq; diuturnum ipsius damnum. Quod si vnicuiq; viro probo et prudenti considerare cõuenit, strenuo id praecipue militi prae oculis habere semper oportunum est, & assequenda gloria maxime necessarium.

Principis

EMBL. XIII.



Principis exemplum mutari mobile vulgus
Quid mirum? ſemper tempus id omne tulit
Sic etiã primum cœlum, quod continet omnes,
Hos & veloci mobilitate rapit.


Coſa

Cosa es sabida y a ninguno mueua
Que el maior delos çielos y primero
Primer mobil llamado es tan lijero
Que todos los de mas tras si los lleua.
La experiençia nos es bastante prueua
Ser aqueste el exemplo verdadero
Del vulgo siempre façil nouelero
Que al paso del mayor siempre se mueua.
De donde se conoçe claramente
Quanto deuen los Reyes y Señores
Regirse y gouernarse sabiamente.
Porque tras el mayor van los menores
Y asi los que lo fueren dela gente
Son tanbien de su bien y mal Señores.

Quemadmodum naturale est ad primi mobilis motum reliquos moueri orbes, sic et vsu euenit ad exemplum maioris vitam minores agere. Quo fit vt vel hac ratione Principes & quicũque alijs præsunt vitam suam recte dirigere teneantur cum certum sit quod Claudianus dixit, & in nostra Emblematis inscriptione refertur.

Lychnus

EMBL. XLIIII.



Lychnus Anideni testis milej iustus amorum
Stat sacer in templis Sestia terra tuis.
ANTEROTI SACRVM legitur, succendere (*fas est*
Soli, cui felix sors in amore fuit.
Ex illo hunc flammis viderunt fulgere nulla
Secula, per longos tot reuoluta dies.
Nec mirum infelix error, cæcusq; Cupido
Non nisi tristitiam, non nisi virus habet.
At solus Diuinus Amor dimissus ab alto
Vrere felici pectora sorte valet.

Aquel

Aquel fanal testigo del funesto
Suceso de Leandro tan sabido
Al Dios de amor contrario fue ofreçido
Con esta suscripçion por los de Sesto.
Sagrado al Dios Anteros, y tras esto
De letras conoçidas es leydo
Qual quiera que en Amor dichoso ha sido
Ençienda este candil que aqui ve puesto.
Cien siglos poco menos han pasado
Y esta por ençender aun oy en dia
Y estara para siempre alli oluidado.
Tratar de dicha en esto es fantasia
Que solo haçe dichoso y fortuuado
Amor de Dios que esotro es burleria.

Frequētes in mundo euentus & sacræ ac profana historiæ abunde instruunt quam sit fugiēdus inordinat⁹ Amor propter quē tot homicidia perpetrata sunt, imò euersæ vrbes & dispersa regna, & quia diuersa secū affert dissidia nec singula vt spectatur eueniūt, cōtrariū Amorē aliū esse finxere poetæ qui Amori aduersaretur & hi sunt græcis nominibus, Heros & Antheros. Ex-

EMBL. XV.



Expulerat cum monſtra ſolo Tyrinthius heros,
Vnde ſibi æternum nomen in aſtra tulit,
Mercurio ſacram nodoſo ſtipite clauam
Perpetuo ante ædes munere fixit humi.
Moxq; eadem ramis cœpit frondeſcere obortis,
Germinat & domino iam noua ſerta ſuo.
Magnanimũ ſic facta ducũ reuiuiſcere credas
Viribus eloquij cum renouata vigent.

La fuerte maça de aquel gran Thebano
Con tan famosos hechos señalada,
Tuuo por bien, que fuese de su mano
A solo el Dios Mercurio consagrada,
Y esta reuerdeçio segun es llano,
Auiendo sido en tierra trasplantada,
Por que los hechos de armas reuerdezen,
Quando con eloquencia resplandezen.

Singulare hoc Alcidis factũ Eloquij vires mirum in modum celebrauit, dum ante Mercurij templum clauam infixam terræ consecrare voluit, agnoscens quãta sit Facundiæ cõcessa facultas, quod sine ipsa vel sua ingentia facinora facile latuissent. Verum illa in arborem frondosam deueniens ostendit Clarorum Virorum gesta non solum reuirescere Eloquẽtiæ viribus, sed nitorẽ accipere, Plura enim exaltat vt clariora appareant & si quæ nõ similia sunt aut dissimulat aut ad libitum exornat. Vnde non mirum si & Domina rerum aliquando dicta fuerit.

EMBL. XVI.



Flore grauis Ficum ſpernebat Phyllidis arbor,
Quòd ſe illa haud vnquam floribus indueret,
Cui iam Ficus ait. Duco mea munera pluris,
Quæ nil promittens vberiora fero.
Tu vero imprudens periȷ̈t cum gratia florum
Prabes pollicitis dona minora tuis.

El

El Almendro florido despreçiaua
La Higuera porque nunca floreçia.
Y ella le respondio, que se preçiaua
De dar sin prometer quanto podia.
Mas que el sin mas mirar se adelantaua
A prometer lo que jamas cumplia.
Y asi con lo que estaua vfano y loco
Daua ocasion de ser tenido en poco.

Sunt quibus memoriæ lapsus aut vana suarũ rerum iactantia faciat promissis liberales esse, sed verbis tantum. Quòd vitium adeò frequens est vt verum sit quod Martialis dixit. Diues policitis, quilibet esse potest.

Ad arguendum ergo cuiusdam diuitis ingenium tale præsentem apologum missimus qui & illi non displicuit verum amicis profuit nihil.

EMBL. XVII.



Non timet ardentes flãmas Amyantus in ignes
Coniectus, Persis gemma petita Magis.
Quin expers damni crepitantibus illa resistit
Ignibus, & candens purior inde venit
Talis ab ærumnis cum diuexatur iniquis
Virtus, splendidius mittit in astra iubar.

La piedra delos Magos tan preciada
Dicha Amyanthos que ala piedra alumbre
Es ſemejante, ſi enel fuego echada
Es en la braſa en medio dela lumbre,
Cobra mas reſplandor, y es comparada
Al Varon fuerte aquien la peſadumbre,
Y el trabajo mayor no le enflaqueçe
Que la virtud en el contraſte creçe.

Amyantos prætioſus Lapis & magnæ virtutis apud Perſas a Magis, authore Plinio, quaſitus ſemper. Hoc habet propriũ quod flammis non cedit ſed in ipſis ſplendet. Quod viro conſtanti & probo qui in laboribus, & ærumnis velut aurum in igne, probatur, maxime conuenit. Nulli ergo cedendum tribulationis oneri, licet enim grauiſſimum ſit, mortem non defert, ſat eſt infirmitas dicatur, pro qua arcenda cũ Paulo dicamus ſufficit gratia Dei quã ſemper a Deo poſtulare debemus vt virtus in infirmitate perfecta ſit.

EMBL. XVIII.



Damnosa heu cunctis res est in rebus agendis
Quam temere iustas præcipitare moras
Hoc olim docuere suos præclara Tyranni
Sic Agragantini Symbola Phallaridis
Nãq; Aquilã Cãcro iunxit, Hinc Cæsaris illud
Festina lente, nobile thema, fuit,

Siempre es dañosa la codiçia vana
Si no se mide con el tiempo el tiento
Que el Auta y Lenta ala Girgentana
Nos da este saludable documento:
Date priesa de espaçio verdad llana
Mostrada en las medallas de Girgento
Con la empresa de Phalaris sabida
En el Festina lente conuertida.

Nostra hæc Agrigentina Ciuitas vt notissimũ est, olim Phalarim Regem habuit qui licet inter sæuos Tyrumnidem exercentes numeretur Philosophus quidem fuit nec contemnendus, vt ex ipsius apparet scriptis. Extant & nunc vetera sui temporis numismata, quæ in antiqua vrbe reperiuntur, quibus insculpta est Aquila Cancrum sub pedibus habens. A quo proculdubio ortum habuit Symbolum Augusti, Festina lente, quod et vulgari totius insulæ adagio confirmatur.

Exuuias,

EMBL. XIX.



Exuuias, seniumq; volens deponere serpens
Vt valeat vires hinc reparare suas;
Nititur angusti transire foramina saxi,
Quo nouus in viridi splendeat ille cute;
Sic & peccati senio confectus iniquo,
Subsidium vitæ discat habere suæ
Scilicet angustæ subeundum limina portæ,
Cui spacium latæ non licet ire viæ.

Quando dela vejez quiere librarſe
La culebra ſagaz entrar procura
Por do pueda del todo deſnudarſe
Por algun agujero, y abertura.
Raro exemplo de quien deſea mudarſe
Huyendo de ſu mal y deſuentura.
Pues para ſe ſaluar es coſa çierta
Que ſe a de entrar por tan eſtrecha puerta.

Serpentis prudētia in ſacris literis celebratur. Cui contingere notiſſimum eſt nudata veteri cuti perſtrictum foramen intrando vetuſtatē deponere, ſatis ſane apto Symbolo ad pœnitentiam exhortans cum verbis Sacris Redemptoris noſtri, Intrate per anguſtam portam. Quibus conueniunt quæcunq; a Diuo Paulo dicuntur, admonente, veterem hominē denudari, quod eſt malos mores inueteratæ vitæ, in peccatis actæ deponere, ita vt nihil vel minimum illius maneat. Recedant ſiquidē vetera neceſſe eſt, vt noua ſint omnia.

Cornibus

EMBL. XX.



Cornibus armatum taurum cũ cerneret Vrſus,
Indoluit fronti cornua abeſſe ſuæ
Hinc petit artificem qui talia protinus aptet
Tendere queis valeat in ſua bella ferox.
Cumq; prius gereret immenſi ponderis aures
Annuit artifices has reſecare manus
Sed poſtquam terebræ crudelia vulnera ſenſit
Qua parte in ſummo vertice ſenſus ineſt.
Votis cædo (inquit) gerat & ſua cornua taurus,
Poſt aures mentem perdere nolo meam.

Verſe armado la dura frente el Oſo
Qual toro brauo vn tiempo deſeaua
Pareçiendole que eſto le faltaua
Para ſer mas feroz, y belicoſo.
Buſcando pues artifiçe famoſo
Hallò quien a injerir le ſe obligaua
Hermoſos cuernos, ſi antes ſe cortaua
Las orejas: y al fin le fue forçoſo.
Mas barrenando luego como dieſtro
Sintio el oſo gaſtarſe mucho el hueſo
Para encajar los que el auia pedido.
Y entonçes dixo, no aya mas maeſtro
Pierdaſe en hora buena lo perdido
Que no quiero perder tras ello el ſeſo.

Bone Deus, quam verus in hoc vates prodij dũ pro amico hæc ſcriberem, quæ ſua pene omnia conſumpſerat in ambitione Epiſcopatus & demũ mente nõ ſana pingue quodã beneficiũ in fauorem cuiuſdã iuuenis ceſſit, et tedio affectus nõ poſt multos dies obijt, neq; ſucceſſor diu permanſit ſed noctu in aliena domo repertus gladijs confoſus occubuit.

EMBL. XXII.



Sicne inter pateras auro gemisq; nitentes
Assistunt vili pocula ficta luto?
Quid mirũ? Magni mẽsa est Agathoclis. vbi ille
Fortunæ extremum iunxit vtrunq; suæ.
Ne forte in solio regni spectabilis alto
Dediscat tumide vile parentis opus
Nam quod vasa olim figula construxerit arte
Fortuna est meritis hinc magis aucta suis

Entre

LIB. V.

Entre los vasos de oro tan preçiados
Que haçen los de barro que aqui vemos?
Es mesa de Agatocles, do juntados
Fueron de su fortuna los estremos
Por no oluidar en medio los estrados
Y del mando y poder delos supremos.
El barro en que su padre se ocupaua,
Con que mas su fortuna leuantaua.

Ecclesia Mogũtina pro insigni rotam gerit, cui' originẽ cũ ĩter alia Symbola referatur, dicitur ignorari, sed talis est. Præfuit olim illi Ecclesiæ Sãctus vir cuius pater faber lignarius erat & currus faciebat, & ne sui principij oblitus in superbiã deneniret in secreto cubili depingi iussit rotã cũ inscriptione. VVillegise (hoc ei nomen erat) recole vnde veneris. Sic & in profano principe laudabile satisfuit, paternæ artis memoriã præ oculis habere quo & sua merita satis manifesta dum viueret, faceret & suæ in posterũ præclaræ virtutis monumẽta relinqueret Nostræ Diocesis fuisse ex Sacca Vrbe Agathocles iste, dicitur, cuius mensam suis etiam carminibus Claudianus decorauit.

EMBL. XXIII.



Cuius opus? Phidiæ, Quænam tu? Occaſio dicor
Cur rotulæ inſiſtis? mobilis vſque rotor.
Vnde comas in fronte geris? His obuia ſiſtor,
Occiput & caluum? Ne fugiens capiar.
Vnde nouacla tibi manib'? quia me mage acutā
Omni acie ſignat. Quæ tibi iuncta comes?
Eſt vt pœniteat, cui me malus abſtulit error,
Cogit, & infelix vt ſua damna gemat.

De

De quien? de Phidias soy. Como llamada?
Ocasion. Sobre rueda? Soy ligera.
Y ese cabello? para ser prendada.
Calua de tras? Si soy a quien pudiera,
Asirme. Y la nauaja acecalada?
Es que corto en saçon La compañera?
Es penitencia, con que se arrepiente.
El que me pierde, quando estoy presente.

Epigrama quoddam Græcum talia primum docuit quo postea in Latinum conuerso vulgaria hæc facta sunt, sed non despicienda si non vulgari modo denuo proponantur: sic enim exerceri ingenia oportet. Hoc autem primũ pro nostra Hispania cuius idioma per orbem patet, scriptum fuit, nunc Latino sermone prodiens necesse fuit versibus decorari, si tales sint quod antiquioribus conferri valeant. Sed hoc legẽtium iudicio relinquendum, cum aliis huius generis quæ ad doctrinam omniũ sanam, non ad æmulationem aliquam scripta sunt.

Astrictos

EMBL. XXIIII.



Astrictos nodis miserè quos cernis ahenis,
Sunt curæ insomnes, implicitusq; labor,
Hos manibus poterit tellus inuergere plenis
Sedula, quos passim germinat omnis ager.
Sed quorum fallax vix ad nos peruenit vmbra,
Gaudia sunt, auras quæ fugitiua petunt.

A que-

A queſtos que veis pueſtos en cadenas
Son los peſares triſtes y cuidados
Los que buelan, los goços que aun apenas
Su ſombra nos alcança y trae burlados
Podra darnos la tierra amanos llenas
Los males y trabajos no penſados
Mas el contento y goço andan de buelo
Y al fin es ſombra lo que goça el ſuelo.

Huius noſtri emblematis inuentio, quandam Martialis ſententiam exprimit omni cõmemoratione dignam. Si quis enim quæ ſunt in mũdo erumnas, labores ſeu miſerias contempletur, tot vndequaq; inueniet, vt nihil frequẽtius. Quodq; malũ auget nõ parum, nec ſingulares aduenîunt, nec ſubito recedunt. Gaudia vero non ſic, cum apparuerint euolant neq; vera gaudia hic inueniri poſſunt ſed ipſorum vmbra.

Expectant curæq; catenatiq; labores
Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant

EMBL. XXV.



Viribus haud conſtat fortis in prælia virtus
Quæ ſola eſt magni viſq; , valorq; viri
Rara quidem terris, ſed ſi iam contigit vlli
Non niſi diuini muneris inſtar habe
Ecce, vt de ſumma turbet Deus arce ſuperbos
Debilium fortes efficit eſſe manus.

No ſta la fuerça no en la fortaleça
Que en el valor del animo ſe funda
Y aun eſte ſe ſujeta ala grandeça
Delo que puede la humildad profunda
Quando quiere eſcojer Dios la fla queça
Para que lomas fuerte ſe confunda.
Pues que Iudith tu pueblo ha reſcatado
Hauiendo a ſu enemigo degollado.

Dignum ſane admiratione eſt in Iudith fœmina talem animi fortitudinem inueniri, qualis fortiſſimo vlli viro vix data fuerit. Sed hoc præcipuum inculpatæ vitæ et continentiæ ſingularis exemplum ſibi quodam modo promeruit, vt populum ſuum a potentiſſimo Tyranno liberaret, & opus Dei omnipotentis eße omnes agnoſcerent, videntes quemadmodum in hoc & alijs infirma mundi ſæpius eligat vt fortia quæq; confundat.

Haccina

EMBL. XXVI.



Hæccine pulcra nimis ſpecies, q̃ propter inūdās
Xanthus ſanguineo vortice tinxit aquas?
O vanas hominum mentes, o pectora cæca
Tyndaridis tumulo hoc flebilis vmbra iacet.
I nunc tolle animos, forma quæcunq; ſuperbis
Hoc ſpeculo inſpicies tempore qualis eris.

Es posible que aquesta es la figura
Por quien el mundo asy se vio rebuelto?
O engaño delas gentes y locura
En que triste semblante se a resuelto
Aquel estremo grande de hermosura
Aquel ayre (bien ayre) en ayrebuelto.
Mirese bien aqui laque no es fea
Y diga, quien sera que tal no sea.

Natura hoc dedit vt horrorem cadauera mortuorum omnibus inducant, & hoc præcipue quod nihil inter se differant. Ecce Elenæ sepulchrũ patens fœtida demõstrans ossa pulcherrima illius fœminæ propter quam tot olim cruenta prælia inita fuerunt. Quis non agnoscat quam fallax sit gratia & vana pulchritudo, Extat hic verissimum speculum in quo se frequenter intueri poterit quæ propter formæ decorem, vana cogitatione superbit Talis namq; breui futura est aut inmatura morte preuenta aut senectute aduenientẽ inmutata Hoc enim in sepulchrum descendere est adhuc viuentem.

Diui-

EMBL. XXVII.




Diuitijs quicunq; suis confidit, & omni
Conatu inmensas sedulus auget opes.
Quidne dies, noctesq; illum tu credere credis?
Se solum sapere, desipere ast alios.
Nam quaecunq; cupit, sperat pertingere solers
Ingenio & sortem fingere posse suam;
Si iam pollicitis steterit, quem solus adorat
Et sibi inclusum continet arca Deum.

El que dela riqueça ſe confia
Y en allegar dineros ſolo atiende
En que penſais que pienſa noche y dia?
En que ſolo es el cuerdo porque entiende
Que por la induſtria que la dicha cria,
Ha de venir aſer quanto pretende,
Si cunple la palabra que le adado
El Dios que para ſi tiene guardado.

Quod auaritia ſit Idolorum ſeruitus iā dudū nos Paulus docuit & experientia id vtique omni tēpore demōſtrauit. Cūcta ſibi ad votū euentura ſperat qui in diuitÿs confidit ſuis & tanquam inclusū ſibi Idolū poßidet, quod Claudianus elegāter expreßit. Et mirū quā frequēter hoc in multis videamus, quibus natalium eſt defectus ſed familia nobilis, tenuis aut nulla literatura, verū copioſa & inſtructa bibliotheca, cum alÿs & quæ illum non decent honoris & dignitatis quia diues eſt exquirere non erubeſcit.

Aſpice

EMBL. XXVIII.



Aſpice vt obſtrenæ compreſſa licentia linguæ
Vi ſuperum Sancto victa pudore iacet.
Nanq; illam confixit humi, taloq; fatigat,
Triſtitiaq; impoſito conterit ora pede
Vt ſimul admoneat nolint indigna relatu
Promere, quos nuſquam turpia facta iuuãt,

Ved quan ſujeta y a ſus pies hollada
Tiene la honeſtidad a ſu enemiga,
Haçiendola que ſea bien mirada
Sin que palabra mal ſonante diga.
Moſtrando el orden dela gente honrrada
Y mas de quien la profeſion obliga
Que pues no ha de haçer coſas que no deua
Tomarlas en la boca no ſe atreua.

Si tanta eſt probitatis vis & honeſtatis ſplendor vt in eius laudē humana natura moueatur (velut inquit Auguſtinus) quanta erit conſiderare conuenit execratio turpitudinis quæ non ſolum, in factis ſed etiam verbis continetur, cū nuſquā deceat ea proferre quæ facere minime liceret. Epicharmus a Hierone relegatus eſt quod præſente uxore ſua inhoneſta quadam decantauerit. O tempora, o mores, doleo quidem ſic, neglecta eſſe quæ publica ſunt vt nullus ſit qui curā habeat, ne in theatris & facta & dicta honeſtis moribus aduerſantia in publicum proferantur.

Sternere

EMBL. XXIX.



Sternere qui potuit ſurgẽtem in cornua Taurũ,
Quemq; ferox timuit per nemora alta Leo;
Compreſſis trunco manibus, quem findere tẽtat
Imprudens, atram ſentit adeſſe diem.
Fortibus eximias ſolers prudentia vires
Sufficit, hanc demas, maxima quæq; ruunt.

El que domo del toro la braueza
Y del fiero Leon se vio temida
Por no saber medir su fortaleza
Al mas flaco animal esta rendido.
Pues sin valerle esfuerço ni destreza
Se ve del tronco preso y detenido.
Y asi la valentia siempre daña
Si con la discreçion no se acompaña.

Rectissime Prudentes quasi prouidentes dicti sunt, quid enim Miloni profuit prodigiosis suis viribus tot superasse difficilia, si iã senex nolluit imprudẽs ætatẽ agnoscere neq; scisurã arboris attendere propria ne esset aut cu neorũ vi? Quod quidẽ accidit, & misere a feris quas insecutus fuerat, deuoratus est. Nullus vltra vires quicquam aggrediatur imo citra illas se cõtineat oportet ne deficiant. Et hoc præcipue in omnibus gerendis rebus intuenaum est, ne quid insperatũ adueniat. Erant Athenis in arce quadam lapidea pila diuersi ponderis quibus athletharum vires explorabantur prius quam in publicum prodirent.

Prouida

EMBL. XXX.



Prouida quam cernis ternos enixa volucris,
Nec credens natis se satis esse suis;
Deturbat geminos e celso mæsta cubili,
Atq; vnum tepido vix fouet illa sinu.
Tempore nanq; illo sese videt vnguibus orbam
Et raro ad prædam sic minus apta volat.
Sic ea nos semper nostras expendere vires,
Atq; intra pellem degere quemq;, monet.

Tres

Tres hueuos pone el sacre quando cria
Y de ellos quiebra dos aunque le duele,
Porque de sustentarlos desconfia,
Y es que entonçes las vñas mudar suele.
Vno sustenta, y los demas seria
Imposible por mas que se desuele.
Y en esto nos enseña que deuemos
Medirnos siempre con lo que podemos.

Istius auiculæ ꝓprietas sic nota et antiquis fuit vt ĩter sua Symbola nobis proponeretur. Qua ꝑcipuũ hoc docemur, vt nullus vltra vires qd quam aggrediatur. quod proxime in corporis viribus demonstratum est tanquam notiori exemplo. Hic autem in communi pro omni re gerenda idem repetitum videtur velut omnibus imprimis necessarium & opportunum documentum. His præcipuè qui vane ditiores æmulantur & magni habent, videri quales nõ sunt. At post quam nundinarum dies accesserunt velut vespertiliones interdiu latent, & noctu pauidi ne capiantur, incidunt.

Designat

EMBL. XXXI.



Designat fidos populos Dominumq; colentes
Pellei iuuenis gaudia Bucephalus.
Is tantum domino praebebat scandere terga
Ast alios dura praecipitabat humo.

El

El caballo que veys en tal figura
Es la empreſa leal del pueblo grato
Pues como eſte a ſu dueño ſe aſegura
Y vengaſi otro ſube, el deſacato.
Aſi el pueblo leal ſeruir procura
Con gran cuydado ſiempre y gran recato.
No conſintiendo por alguna via
Que aya jamas trayçion ni aleuoſia.

Nihil fœlicius vlli vſquam Reipublicæ cōtingere poterit quam Regem habere propitium, benignum iuſtum & liberalem. Neq; aliud vnquam potētiſſimus Princeps aut Dominus deſiderare poterit, quā ſubditos habere fideles, amantes iuſtitiā, & ſui Patroni obſeruantiā in omnibus. Tales quidē deſignauimus præſenti Symbolo pro ſubditis fidelibus excogitato in Bucephalo Magni Alexandri notiſſimo equo qui ſoli inſeruiebat Domino. Sed ſi addatur, hoc illicōtingere cum paratus erat aureis epiphijs (quod aliqui referunt,) non diſſimilis erit comparationis ratio.

Ceſſerat

EMBL. XXXII.



Ceßerat ad stygias dudum pater Ennius oras
Cumq; humili astaret corpus inane rogo,
Affuit ecce heros cui præbuit Africa nomen
Quem tulerat fausto carmine ad astra senex
Offi. ijq; memor vatem sub cespite vili
Non tulit, at proprio condidit in tumulo,
Ac merito tumulo cedit, quem fama sepulchro
Liberat, & viuat tempus in omne dedit.

Tuuo

Tuuo en tanto Scipion el Aphricano
Auer Ennio en sus versos pretendido
Cantar su fama y nombre soberano
Que siendo desta vida despedido
En su proprio sepulchro de su mano
Le puso, por mostrarse agradeçido.
Y que muerte o sepulcro no esperaua
Quedando ya inmortal como quedaua.

Scipio Aphricanus in hoc quod narratur facto seipsum multis nominib' extullit. Et primũ, ꝑpter obsequij ac muneris memoriã, quid .n. frequentius videmus quam accepti beneficij obliuisci pene omnes? Principes autẽ raro seruitia nisi vt debita accipiunt, cuiuscunq; generis sint officia & obsequia. Idem præterea cunctis demonstrauit, quantæ sit fœlicitatis forti & excellenti viro talem suarum rerum strenue gestarum habuisse præconem quod iure dici possit citra inuidiam Achilis, vere inmortalem esse & sepulchro amplius non indigere.

EMBL. XXXIII.



Cum ſit tam varium, tamq; & mutabile fatum
Et verſet dubio ſors ſua quemq; gradu,
Languenti miſero quid non ſperare licebit.
Aut felix ullo tempore tutus erit?
Cumq; ergo ancipiti decurrant omnia greſſu
Talia cordato pectore quiſq; gerat;
Scilicet vt ſperans, metuẽs & ſingula, quicquid
Humani eſt proprium nouerit eſſe ſibi.

M Siendo

L I B. V.

Siendo como es el mundo tan mudable
Y corriendo las ſuertes ygualmente
No dexe de eſperar el miſerable
Y tema el mas dichoſo ſi es prudente.
Y pues todo es inçierto y variable
Podra y deue qualquiera que bien ſiente.
Eſperar y temer de malo y bueno
Todo quanto del hombre no es ajeno.

Qui ſe regendum Fortunæ dederit eiuſdē moribus obtemperet oportet. Neq; enim quo voluntas petit ſed quo ſlatus tulerint neceſſe eſt promouearis ſi ſemel ventis (vt Boetius ait) vela comiſeris. Ludus hic eſt nil ſerio agi cogites vt cum defecerit doleas. Somnus eſt, & cum ſe aliqui diuites & fœlices credunt dormiūt ſomnium ſuum & nihil in manibus ſuis inueniunt. Sentētia autem huius noſtri emblematis eſt. Non deſparandum vlli qui ſub rota depreſſus eſt nec fidendum illi cui proſpera eueniunt cuncta, quod Seneca ita dixit.

Nemo confidat nimium ſecundis
Nemo deſperet meliora lapſis

Liuida

EMBL. XXXIIII.



Liuida tabificum diffundens lingua venenum
Sint licet absentes lædere quosq; valet.
Nam sua tela, potens, & formidabile virus
Dum iacit, ad lethum protinus ore trahit.
Mexica sic etiam serpens Tecallidis oræ
Pertrahit exhalans, quos male fausta necet.

M 2 Nin-

Ninguno de la lengua venenoſa
Me pareçe ſe eſcapa por auſente
Que ſu cruel ponçoña poderoſa
Le alcança y ſele açerca façilmente
Y haſta darle la muerte no repoſa
Qual de Tecalli en Mexico Serpiente.
Que arrojando el aliento con el prende
Y mata, ſi el baſton no le defiende.

Serpens hæc in Mexica noui orbis regione frequens olim & infeſtiſſima, iam rara eſt nec vlli nocet poſtquam inuentus fuit modus viſcoſas illius finbrias quas exhallando inmittit, diuidendi. Eſt enim facile ipſas baculo quem adhoc omnes deferunt, interſecare. & continuo deſoluitur captus, & ſerpens magno cum ſonitu crepat media. Vnde ſimilitudo cōtra detractores ampliatur ſi baculū rectitudinē vitæ aut ipſam veritatem denotet, qua neceſſe eſt innocentem liberari vt falſitas crepet & in malū abeat cum authore Principis tenebrarum miniſtro.

Deſer-

EMBL. XXXV.



Deseruit lychnum cum primum lucida flamma
Et clarum incessit quod fuit ante iubar
Amißam facile est reuocari lampada lino
Dum tepet & fumi virgula fusca manet
Sic facile extinctas reuocabit pectore flammas
Semina qui sacri luminis intus habet.

Quando falta enel lino de el mechero
La llama con que poco antes luçia,
Es facil de ençenderſe, ſi primero
No le cubriere la paueſa fria.
Y aſi aquel que del fuego verdadero
Tiene como ſemilla, arder podria
A vn que muerto, ſi el humo quen en ſi tiene
En el calor de vida ſe ſoſtiene.

Eſaias de Chriſto Redemptore venturo vatici natus, ſic ait Calamum quaſatum nōcōteret & linum fumigans nō extinguet. In quo euidenter inmenſam eiuſdem Dei et hominis miſericordiam & manſuetudinem oſtendit. Sortis ergo fœliciſſimæ erit poſt damnum nō omnino quaſatum eſſe peccatorem licet confractū, vt conſolidari poſſit, Linum etiam adhuc fumigans facile concipit ignem ſi admotus fuerit, & fumus iſte inſe non diſimile ſignificatum habet ab illo Prophetæ ſemine de quo ait. Niſi Dominus exercituū reliquiſſet nobis ſemen quaſi Sodoma fuiſſemus & quaſi Gomorra.

Aſſidens

EMBL. XXXVI.



Assidens siquis regali ad pocula mensæ,
Quæ vario florum munere culta nitet.
Contentus folijs, tenui vel cortice mali
Nauseat & lautas respuit ille dapes;
Aut bibat, aut abeat, lex est antiqua, quid ergo
Iuuerit appositis abstinuisse cibis?

El que ſe contentare dela meſa
Con probar qualque yerua conoçida
O lo que ſe le quita ala camueſa
Haçe burla eſe tal dela comida.
Quien viene acomer cumpla la promeſa
Y ſepa honrrar a quel que le combida.
Pues ſabe que ſe tiene por pagado
Si ve comer con guſto al combidado.

Angelorum manibus fiatoportet cibus ille qui placeat omnibus, & ad libitumſaporem in ſe cõtineat. Quale fuit mana illud in deſerto populo Dei ex nubibus profluens, nec tamẽ ſufficiens viſus eſt propter illorum proteruiam & duritiam cordis quin faſtidirent ſuauiſſimũ illum cibum ad nauſeã vſq; prout illi dixerunt. Nil ergo mirum ſi et inſcriptis idem eueniat, varia ſunt hominum ingenia nõ omnibus eadem proponi poßunt & hae ſi ſemel forſan placuerint iure diſplicere nõ debẽt. Legendum ergo eſt libenter quod velut inmenſa libentiſſime proponitur, nõ flores aut folia tãtum deguſtanda, qua nihil ſunt.

EMBL. XXXVII.



Et flammis flammas cōpescit, & ignibus ignes,
Viribus & vires flectit Amoris Amor.
Nanq; arcū, & sæui metuēda Cupidinis arma
Conterit, atq; vrens in cinerem redigit.
Insuper & trunco manibus post terga reuinctū
Deserit, & mæstum deuouet in lachrymas.
Sic damnosus Amor Veneris lasciua propago
A vero in terris victus Amore ruit.

Con

Con fuego al fuego del amor profano
El que es dela virtud consume y gasta.
Quiebra el arco y saetas al Tyrano
Al que persigue el mundo y le contrasta,
Y atado aun tronco se querella en vano
El que nunca en sus males dixo basta.
Y desta suerte el falso y atreuido
Quedò del verdadero Amor vençido.

Pacis Amor Deus est dixit Propertius, & verissimum quidem est si de Diuino amore interpretetur cũ Deus Charitas sit & Pacis Amor hoc est amãs pacẽ iuxta illud. Ego Dominus cogitans cogitationes pacis, Amor ergo pacis in anima verus est Amor. sed Falsus, improbus insanus omnia perturbat, & nil nisi amarum propinat. Vide quid amens quidam tali furore correptus in Cistellaria Plauti dicat.

Cruciabilitatib' animi iactor, crucior agitor
Stimulor, versor, distrahor, diripior.
Ita nullam mentem animi habeo
Vbi sum ibi nõ sum. Vbi nõ sum ibi est anim'.

Dum

EMBL. XXXVIII.



Dum parat excubitor gallus prædicere lucem,
Nuntiet vt clarum ſolis adeſſe iubar;
Diffidit ſomnum ex alijs expellere, ni ſe
Concutiens alis excitet ipſe prius.
Non aliter veræ qui monſtrat tempora lucis,
Excutere ex alijs ſomnia dira valet.

Hauiendo

L I B. V.

Hauiendo de anunçiar la luz del dia
En alta voz el gallo pregonero
Despertar alos otros desconfia
Sino se despertare asi primero
Dandose con las alas aporfia
Y asi muestra con esto al verdadero
Anunçiador de luz que por que açierte
A despertar los otros, se despierte.

Hāc similitudinē galli excitātis seipsum ante quā alios excitet mirū in modū verbi Dei predicatores arguit qui vitā suā negligūt & aliorum reprehendere mores nō cessāt. Sed aut nihil proficiēt aut seipsos dānabūt misere, V surpant sane officium cotis (quod de seipso Diuus Gregorius humiliter dicebat) quae ferrū acutū reddit et ad secandū est inutilis, Pulchrum depingit pictor fedus. Et ad perfectionis littus alios redigit qui adhuc in delictorū fluctibus versatur. Imprudētis admodū est, cum sua nouit ab omnibus videri, illa in aliјs reprehendere, certissimum enim est eius predicatio contemnatur cuius vita despicitur.

EMBL. XXXIX.



Frigore torpescunt ni dextra & læua vicissim
Se foueant, terris cum fera sæuit hyems
Sic & amicitiæ vis inuiolabilis alget
Si quando absentum frigida corda silent.
Quisq; sibi inuigilat, quæ nõ sũt propria temnit,
Fratribus idq; ipsis aula licere dedit.
Hinc & amicitias ignaua silentia soluunt,
Sanguinis & meritus deperit omnis honor.

Como

Como ſe ſuelen enfriar las manos
Si la vna ala otra no ſe abriga,
Aſi de no tratarſe los hermanos
Y los demas aquien la ſangre obliga
Se oluidan y aun en ſon de cortelanos
Ninguno por el otro ſe fatiga.
Y no veu que el ſilençio con deſpecho
No pocas amiſtades ha deshecho.

Quemadmodũ ex conſuetudine amicitia oritur ita diſceſſu perit vbi nulla recordatio interuenit. Quapropter iam olim dictum fuit. Silentium multas amicitias diremit. Sed quæ veræ ſunt, nullo temporis lapſu aut loci diſtantia diſoluuntur, neq; etiã iniuria quæ in amicitia ludus eſt. Nõ mutatione fortunæ in qua & amicus partẽ habet ſiue aduerſa ſiue proſpera adueniat. Nec diuerſum inter cõſanguineos imo inter fratres accidere ſolet, & facile eueniet vtriſque niſi vera charitas in cordibus noſtris interſit, quam & Diuus Paulus atque ipſemet Chriſtus pacis nomine comendat. Et hinc vera fraternitas vera amicitia procedunt ac nuſquã in vita & morte ſeparantur.

E M B L. XL.



Inmeritum fortuna potens augebit honore,
Sed dubius dubio ſub pede ſemper erit:
Quin etiam indignum cum ſe dignouerit, arte,
Defectus nulla diſſimulare valet.
Aſt merito euectus, quem fulcit ahenea virtus
Extimet hic lento tutior ire gradu.

Bien

LIB. V.

Bien puede liberal fortuna daros
Sin mereçerlo alguna honrrosa suerte
Mas no podra jamas asseguraros.
Y el quererlo en cubrir es cosa tuerte
Puede el fauor depresto adelantaros
Mas con peligro de honrra que es la muerte
Que el mereçer al bueno es fuerte muro
Si fuere poco apoco yra seguro.

Vere nõ alio modo res suas traducere fortuna melius potuit quam eas indignis conferendo Quod iã dictũ est. Neq; .n. fœlicitati tribuendũ est quod in fœlicẽ hominẽ reddit: si (quod frequẽtissimũ est) sors aliquem inmeritũ in altũ tollit vt lapsu maiori ruat: Oportet siquidem Magistratus ostendat virum. Tutius ergo ille vitam agit qui licet digniora meritus honesto in loco positus se in bonum publicum exerceet, Paulatim quidem sed securius procedet nam virtus ipsa fortissimũ est propugnaculum ne illi vnquã insidia deficientis fortuna damnum aliquod inferre valeant.

EMBL. XLI.



Stultorum nauis mundi vada turbida sulcans,
Innumeros certa sed sine lege vehit.
Hic & auarus inest, hic ambitiosus, amansque
Stultitiæ gestant Symbola quisq; suæ
Sceptra auidus regni, nũmos ostendit auarus,
Vanus amans capiti myrtea serta gerit.
Stultior & reliquis quos se sic constat amare,
Hic sed in alterius solus amore perit.

N Siendo

LIB. V.

La naue delos tontos que presente
Nos pone la inuençion desta figura
Declara en las señales de su gente
Los temas que reparte la locura
Y la que se nos muestra mas patente
Es la que amor despierta sin cordura.
Del que al ajeno gusto asi se ofreçe
Que por querer a otro se aborreçe.

Nauis hæc stultorum iam pridẽ eleganti carmine descripta fuit sed cũ diuersas stultitiæ species enarrauerit, hic ex doctrina D. Ioãnis tres referũtur solũ. Quoniam omne (inquit) quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ vnde tres solum commoramus Amantem primũ & Auarum deinde Superbum ambitiosum & vanum. Insignia gerunt quibus se demonstrant. Cætera in enarratione conuenienti sermone explicantur.

Hiccine

EMBL. XLVII.



Hiccine Troia fuit? quis crederet? hiccine quōdā
Structa Deū manibus Pergama celsa iacēt?
Inspice quid tempus, quidq; inuidiosa vetustas
Possit & hinc sortem disce timere tuam.
Nil adeo æternum in terris, mors mœnia findit,
Mors etiam saxis tempore lenta venit.
Sola manet virtus inuicta, & quicquid ab illa
Victura æternum fulget in historia.

N 2 A qui

Aqui fue troya ved quien tal creyera
No quiso perdonar la dura suerte
Al muro que de Dioses hecho fuera
Porque no aya jamas cosa tan fuerte
Que el tiempo no la gaste de manera
Que aun en lo que no viue se halla muerte.
Y asi la virtud sola es la que viue
Y lo que con verdad de ella se escriue.

Fuerunt olim diuersis temporibus arte & natura munitissima ædificia, & in his excelsæ turres, Regum Palatia, Mausolea, Vrbes muris fortissimis cinctæ, & præcæteris inmensa illa Pyramidum moles, sed longum tempus, irreparabile damnosum omnia consumit inuertit minuit. Nihil horum permanet. Omnia in cinerem redacta sunt, sola virtus manere hic merito dicitur & quicquid de illa in perpetuo victuris narratur chartis.

EMBL. XLIII.



Quæ noua post tantos sumpsit sibi tela triũphos,
Belliger indomitus Amphytrioniades?
Vnde illi teretes deducunt stamina fusi?
Ferrea vel mollis pectora vincit Amor.

Que nueuas armas ſon las que ha tomado
Deſpues de tantos triumphos el guerrero
Famoſo, y es poſible ſe ha trocado
La maza en vſo rueca y rocadero?
Tan fuerte es la flaqueza (mal peccado)
Que trueca al vençedor en priſionero.
Quando ſe pre[illegible]ia mas de ſus renombres
Por que ſepan las gentes que ſon hombres.

Mirum quidem eſt non iuuenes tantũ inexpertos ſed fortes & ſtrenuos viros a propria cõcupiſcẽtia allectos & atractos in laqueos Dæmonum facile deuenire, nec iã Martis vt antea ſed Veneris caſtra ſectari non verentur. Quod miſerrimum eſt. Nam qui Amorem petit pudorem fugit, & qui formam diligit negligit famã, Ecce in Hercule tot glorioſis triũphis decorato quid acciderit poſtquam ad Omphalẽ Lydiæ Reginã ſe contulit. In quo, ſi vera hæc sũt quemadmodũ & ſimilia quæ de præclaris viris narrantur, animaduertere oportet, ſuperbiæ peccata permiſſu Dei puniri tali infami vitio vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.

Iudicium,

EMBL. XLIIII.



Iudicium, & veri cultus ex vrbe repulsi
In vicum rectis passibus accelerant.
Dumq; ambo in saxo residēt sub tegmine querc'
Annose in medio quae patet alta foro;
Iudicibus causas iusta distinguere lance
Ostendunt, aequi quos pia cura tenet.
Sed tamen ex solido compacta sedilia saxo
Monstrat quam vero non leue pondus inest.

Siendo el juyçio y la verdad hechados
Dela çiudad, se fueron al aldea
Y ala sombra del arbol allegados
A quien la plaça por ygual rodea
Mostraron la ygualdad que en los juzgados
Con justissima causa se desea.
Y el asiento de piedra y su entereça
Diçen dela verdad su gran firmeça.

In oppido Robledo de Chauela propè Sācti Laurentij Regiam domum prædones quidā impij Sanctissimæ Virginis effigiem denudarunt & ictibus ensium fœdatam reliquerunt. Hāc sibi deferri Rex noster Philippus II. iussit & decori suo restitutam & aureis magni pretij vestibus ornatam a me deportari solemni ritu voluit in locum suū magno suorū comitatu. Quod factum est splendide sumptu' regio. Et eodem die a quadā febre qua laborabat liberat' fuit. In platea huius oppidi insignis vlm' apparet cū suis vndequaq; lapideis gradibus & hinc nostrum emblema originem duxit.

EMBL. XLV.



An ne feris quamuis domitis quis credere tentet
Si tamen illarum vel ſimulacra nocent?
Marmoreæ dum fortè Lupæ pertingere tentat
Ora puer palmam vipera dente petit.
Ficta quidem multos veri ſub imagine lædunt,
Queis & prudentes abſtinuiße iuuat.
Quæq; in perniciem veram ſe inuertere poßunt
Vitari omnino vel ſimulata decet.

Quira

Quien osara fiar de alguna fiera
Quando la viere mas domesticada
Si la loba de piedra figurada
Haçe mas daño que si biua fuera.
En Roma vn niño que tal loba viera
Burlando con la mano hallo ençerrada
En su boca vna biuora y ayrada
Le muerde y sin remedio pereçiera.
Nunca engañan las cosas verdaderas
Que el cuerdo se retira en lo dudoso
Y en las burlas es menos atreuido.
Por que lo que nos puede ser dañoso
No solo es de temer siendo de veras
Mas quando conoçemos ser fingido.

Martialis in quodam epigrammate hoc elegã ter descripsit a quo nos libenter nostrum mutuati sumus emblema. Propter mirabilẽ quã in se cõtinet doctrinã vt damna vitemus quæ sub ludis vanis, & perniciosis latere solent quorum exempla in enarratione inuenies cũ aliys quæ ad rem prout conuenit referuntur

Dum

EMBL. XLVI.



Dum ſtudet ardenti nimium ſe credere flãmæ
Papilio, rapido læſus ab igne perit.
Mirum quòd flammis auidus ſe deuouet vltro,
Cum nihil in vita viuere dulce magis
Sed temere accedens claræ dulcedine lucis
Allectus, nimia lampade preſſus obit
Sic maieſtatis ſacræ ſcrutator iniquus
Diuino oppreſſus lumine triſtè cadet.

Siendi

Siendo tan natural a toda cosa
Procurar en su ser el conseruarse
Admira mucho ver la maripoſa
Que de ſu voluntad quiera abraſarſe
Mas la llama la llama y cudiçioſa
De goçar de la luz viene a quemarſe.
Como el que eſcudriñar es atreuido
La luz de Dios y della es oprimido.

Vere Deum abſconditum eſſe dicebat Eſaias quem Paulus ait, lucem in acceſſibilẽ habitare. Nemo ergo audeat temere diuinis ſe inmiſcere myſteriys cum impoſſibile ſit naturæ viribus ea pertingere. In lumine tuo (inquit Dauid) videbimus lumen, nec niſi in eo videri poteſt. Auiculæ huius videmus mirabilẽ proprietatem ſe in igne cremantis vnde pyrauſta dicitur, quam ſplendor allicit & temere accedens perit. In quo ad oculũ apparet quemadmodum (iuxta Salomonis ſententiam) ſcrutator maieſtatis opprimatur a gloria.

Quo

EMBL. XLVII.



Quo leuius miſero liceat traducere vitam
Quem premit aſſiduus exagitatq; dolor
Indiget obſcura Lethei fluminis vnda,
Vt valeat ſortis non meminiſſe ſuæ
Sic animas vbi mille rotam ſol voluit in annos
In noua detrudi corpora velle datur,
Priſcorum hic error, quod vitam viuere nollet,
Quiſquis tranſacta iam memor vſq; foret.

El que en tormentos muere cada dia
Ha menester el agua del oluido
Para poder viuir que asi fingia
La antigua çeguedad ser conçedido
Al que mil años antes muerto auia
Para querer boluer, siendo entendido.
Que quien delo pasado se acordara
Ninguna vida nueua deseara.

Tot sunt in hac vita miseriæ & labores, vt apud gẽtes doctis suis fabulis introductũ fuerit, animas eorũ qui reuersuri erant in mũdũ iuxta vana quorumdam placita non aliter quam post mille annos et lethei fluminis latices haustos id contingere credebant. Scientes non modo pauperes infirmi & qui tedio ex hac vita discesserant ad eam denuo recusarent venire, sed etiam diuites, principes & qui fœlices habiti sunt, nullus enim eorum sine afflictione, & miserijs vitam egit quorum singulare, & vnicum remedium obliuio est.

Per-

EMBL. XLVIII.



Peruigilem Alcides claua ſuperare draconem
Nititur vt victor præmia digna ferat
Ille ſed inmiti tandem custode perempto
Aurea de ſacro ſtipite poma tulit
Præmia ſic multo cedunt quæſita labore
Nec niſi poſt Martis prælia ſurgit honos.

Muerto

Muerto el fiero dragon que noche y dia
Guardaua ſiempre el arbol eſcogido
A quien la fruta de oro enriqueçia
Pudo goçar el premio mereçido
Alcides a quien todo ſe deuia
Moſtrando quan ſegun raçon ha ſido,
Que el premio della honrra ſiempre lleue
Solo quien peleare como deue.

Varia nec vulgaris doctrina in enarratione buius emblematis allata eſt, ſatiſque erit hic contra ocia ſectantes animaduertere, non alio modo præmium honoris ac gloriæ obtineri poſſe quam in labore & vigilia, in ſollicitudine, & inceßanti ſudore. Martis pericula ſubeunda ſunt, & prælia ſuperanda priuſquam ad victoriæ præmium quiſquam peruenire valeat, quod cõmuni ſermone dici ſolet. Poſt bella triumphus, & Beatus Paulus ait nõ coronabitur niſi qui legitime certauerit & rurſus. Sic currite vt comprehendatis omnes enim currunt, vnus autem accipit brauiũ

EMBL. XLIX.



Non me diuitiæ Gygis non ſceptra potentum
Sollicitant, rerum copia nulla iuuat
Me diuina rapit Sapientia, qua duce poſſim
Tendere inacceſſa lætus ad aſtra via.
Sic fortuna viro cædit, quem frangere nulla
Vis valet, atq; ipſos æquat honore Deos.

O Cuidado

Cuidado no ay en mi dela riqueça
De Gyges Rey de Sardos ni del mando
Del Tirano cruel y ſu grandeça
Que otra mayor es la que voy buſcando,
Y es el ſaber que al cielo me endereza
Si lo que me enſeñare voy obrando
Sin enbidiar al rico y poderoſo
Que el deſdichado al mundo es el dichoſo.

Sapientia (dicebat olim Bias) ſola eſt certa atque vera poſſeßio quam quidem in veritatis cognitione mediante ratione inuentā conſtituebant vnde illud Ciceronis. Quid eſt non dicam in homine ſed in omni cœlo atq; terra ratione diuinius quæ cum adoleuit nominatur rite Sapientia? Verum hæc humana Sapientia longe a vera atq; diuina diſtat quæ in ratione veritatis conſiſtit, ſed qua ſummum bonū tenetur & cernitur quæ nunquam deeſt, foris admonet, intus docet, & in ſe omnes in melius cōmutat. ex Aug. Clara eſt & nunquā marceſcit Salomō ait, & deinde Præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius.

E M B L. L.



Hic magni faſtus clauduntur, & alta potentũ
Imperia, & dextræ iura ſuperba ſuis
Hic decor, & ſpecies, vultuq; ſerena venuſtas
Deficit, & languens candida forma ruit.
Deficiuntq; ſimul vires, vaneſcit egeſtas,
Exulat hincq; fames, hinc & anhela ſitis.
Hic meta, & finis, hic terminus vltimus hæret
Proſperi & aduerſi quicquid in orbe manet.

LIB. V.

A qui ſe acaba toda la grandeça
Poder eſtado, mando, y Señorio
La graçia, la hermoſura, y gentileça
A qui ſe acaba, aqui la fuerça, y brio.
Tambien aqui ſe acaba, la pobreça
Hambre, canſançio ſed, calor y frio
Aqui es la Raya el fin y deſpedida
De quanto ay bueno y malo en eſta vida.

Finem impoſuit noſtro V. libro emblematum recordatio finis in hæc poſtrema, & vltima parte ſtadij quod a carceribus ad metam cõtinetur. Huius extremum occupat mors cum omnium quæ in mundo ſunt vltima cuiq; ſit linea, nec non & punctus a quo æternitas, quæ hinc incipit. & inmortalis anima aut ſecũdæ morti in perpetuũ aut æternæ vitæ poſt ignis purgationem ſi maculæ fuerint. deſtinatur. Hic ergo & meta, & vltima eſt linea faſtus, honoris, ſtatus, celſitudinis. Hic miſeriæ labores, ærumnæ præſentis vitæ finiuntur, & boni ac mali, aduerſi et proſperi vltimus adhæret terminus.

IN NOBILISSIMA GENTILITIA
Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.D. Ioan. Horozcij
Couaruuias de Leyua Epiſ. Agrig.
D. Fran. de Peralta Archip. Xaccenſis.



Heſperiæ magnum Deus Illuſtriſſime Præſul,
Conueniunt meritis Stemmata digna tuis:
Quæ profugat Crux Sācta Lupos, hinc inde refræ
Cautum te ſignat, peruigilemq; gregi. (nans
Clarum Aquila, ingenio præſtantē ſerula aperta
Nam Sophiæ reſeras quæ latuere prius;
Inuictum Turris, Præſignem moribus Aſtra,
At flos Iunonis Te ſine labe notant.